

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium officii cisterciensi - Kl. L. 7

[Neuburg bei Hagenaus], 1249

Lectionarium officii Cisterciensi, de tempore

urn:nbn:de:bsz:31-93665

Incipit prefatio sancti Jeronimi
presbiteri in ysaiam pphetam.

emo cum p
phetas uer
sibus uide
rit esse des
criptos me
trocos esti
met apud
hebreos li
gari: et a

liquid simile habere de psalmis
uel operibus salomonis: s; quod
in demostene et tullio solet fieri.
ut pcola scribantur et comata:
qui utiq; prosa et non uersibus
conscripterunt. Hos quoq; utilita
ti legentium providentes: inter
pretationem nouam nouo scriben
di genere distinximus. Ac pimum
ysaya sciendum. qd in sermone
suo disertus sit: quippe ut uir no
bilis et urbane elegantie: necha
bens quicquam in eloquio rusti
tatis admixtum. Unde accidit ut
pre ceteris florem sermonis eius tra
latio non potuerit conseruare. De
inde etiam hoc adiciendum. qd no
tam ppheta dicendus sit qm euange
lista. Ita enim uniuersa xpisti ec
clesie q; misteria ad liquidum p
sequutus est: ut non eum putes de
futuro uaticinari: s; de preteritis
hystoriam texere. Unde co. nicio.
noluisset tunc temporis septuagin

ta interpretes fidei sue sacramenta
p spicue ethnicis p dore. ne sanctum
canib; et margaritas porcis daret.
Que cum hanc editionem legerint:
ab illis animaduertentis abscondi
ta. Hec ignoro quam laboris sit p
phetas intelligere: nec facile que
piam posse iudicare de interpreta
tione. nisi intellexerit ante que le
gerit: nos q; patere moribus pluri
morum: qui stimulantur inuidia.
quod consequi non ualent despi
cium. **S**ciens ergo et prudens: in
flammam misit manum. Et nichil
ominus hoc a fastidiosis lectori
bus precor: ut quomodo greci
post septuaginta translatores. a
quilam et symmachum. et theodosio
nem legunt. uel ob studium doctri
ne sue uel ut septuaginta magis
ex collatione eorum intelligant:
sic et isti saltem unum post priore
habere dignentur interpretem.
Legant prius et postea despiciat:
ne uideantur non ex iudicio. s; ex
oculi presumptione ignorata dan
nare. Pphetam autem ysaias in
iherusalem et in iudea. nec dum de
cem tribubus in captiuitatem duc
tis: ac de utroq; regno nunc comix
tum. nunc separatim. textit oracu
tum. Et cum interdum ad presen
tem respiciat hystoriam: et post
babyloniam captiuitatem redi
tum populi significet iudeam:

tamen omnis ei cura de uocatione gentium. et de aduentu xpi e. Que quanto plus amatis. opauia et eustochium. tantomagis ab eo petite. ut p ob trectatione presenti. q me indefinenter emuli lamiant ipse michi mercedem restituat in futuro. qui sat me ob hoc in peregrine lingue eruditione sudasse. ne uidei de falsitate scripturarū ecclesius eius diutius insultarent.

Explic. p̄fatio. Incip̄ ysaiā p̄beta.

Aisio ysaiē prophete filii amos quam uisitauit super iudam et ierlm̄. in diebus ozie. ioatham. achaz. ezechie regum

iuda. Audite celi. et auribus percipite terra. qm̄ dominus locutus ē. filios enutriui et exaltaui. ipsi autē spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum. et asinus presepe domini sui. Isrl̄ non cognouit me. populus meus non intellexit. Ne genti peccatrici. populo graui iniquitate. semini nequam. filius sceleratis. Dereliquerunt dñm. blasphemauerunt sanctum isrl̄. abalienati sunt retrorsum. Super quo percussam uos ultra. addentes preuaricationem. Omne caput languidum et omne cor merens. a plan-

Tu autem.

Apedis usq; ad uerticem. non est in eo sanitas. Vulnus et uox et plaga tumens. non est circumligata. nec curata. medicamine. neq; fota oleo. Terra uestra deserta. ciuitates uestre succense igni. regionem uestram coram uobis alieni deuorant. et desolabitur sicut in uastitate hostili. Et derelinquetur filia syon ut umbraculum in uinea. et sicut tugurium in cucumerario. sicut ciuitas que uastatur. Nisi dominus exercituum reliquis. nobis semen. quasi sodoma fuissimus. et quasi gomorra similes essemus.

Audite uerbum domini. Principes sodomorum. percipite auribus. legem dei nostri. populus gomorre. Quo michi multitudinem uictimarum uestrarū dicit dominus. Plenus sum. holocausta arietum et adipem pinguiū et sanguinem uitulorum et agnorum et hyrcorum nolui. Cum ueniretis ante conspectum meū. q̄s qui esuiit hec de manibus uestris ut ambularens in atris meis. Ne afferatis ultra sacrificium frustra. incensum abhominatio est in se. omeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cetus uestri. kalendas uestras et sollempnitates uestras odium anima mea. facta sunt in molesta. Laborau sustinens. Et cum exten-

Leo 11.
Lectio.
2



deritis manus uestras? auertam o
culos meos a uobis. Et cum multi
plicaueritis orationem? non ex
audiam. Manus uestre sanguine
plene sunt. Laniamini mundi esto
te? auferte malum cogitationum
uestrarum ab oculis meis. Quiescite
agere puerse? discite bene facere.
Querite iudicium? subuenite op
presso? iudicate pupillo? defedi
te iudicium? et uenite et arguite
me dicit dñs. Si fuerint peccata ue
stra ut coccinum? quasi nix deal
babuntur. Et si fuerint rubra qua
si uermiculus? uelut lana alba erit.

Si uolueritis et audieritis me: bo
na terre comedetis. Quod si nolue
ritis et me ad iracundiam prouo
caueritis? gladius deuorabit uos?
quia os domini locutum est.

Quomodo facta est meretrix cui
tas fidelis? plena iudicij? iusti
tia habitauit in ea? nunc autem ho
micide. Argentum tuum uersum
est in scoriam? uinum tuum mix
tum est aqua. Principes tui infide
les? socii furum. Omnes diligunt
munera? secuntur retributiones.
Pupillo non iudicant? et causa ui
due non ingreditur ad eos. Propter
hoc ait dominus exercituum fortis
isrl. Deu consolabor sup hostibus
meis? et uindicabor de inimicis me
is. Et conuertam manum meam ad te?
et excoquam ad purum scoriam tu

am? et auferam omne stagnum tuum?
et restituiam iudices tuos ut fuerunt
prius? et consiliarios tuos sicut
antiquitas. Post hec uocaberis ci
uitas iusti? urbs fidelis. Syon in
iudicio redimetur et reducent eam
in iusticiam? et conteret scelestos et
peccatores simul? et qui dereli que
runt dñm consumentur. Confun
dentur enim ab ydolis quibus sacri
ficauerunt? et erubescetis super
hortis quos elegeratis? cum fueri
tis uelut quercus defluentibus fo
lius? et uelut ortus sine aqua. Et
erit fortitudo uestra in familia
stuppe? et opus uestrum quasi scil
la. Et succendetur utrumque simul?
et non erit qui extinguat.

Uerbum quod uidit ysaias filius
amos? sup iudam et ierlm. Et e
rit in nouissimis diebus prepara
tus mons domus domini in uerti
ce montium? et eleuabitur sup col
les? et fluent ad eum omnes gen
tes? et ibunt populi multi et dicent.
Venite et ascendamus ad montem
dñi? et ad domum dei iacob? et do
cebit nos uias suas? et ambulabi
mus in semitis eius? quia de syon
eribit lex. et uerbum dñi de ierlm.
Et iudicabit gentes? et arguet po
pulos multos. Et conflabunt gla
dios suos in uomeres? et lanceas
suas in falces. Non leuabit gens
contra gentem gladium? nec eret

cevantur ultra ad prelium domi
iacob: uenite et ambulemus in lu
mine domini. Piecisti enim popu
lum tuum domum iacob: quia re
pleti sunt ut olim: et augures ha
buerunt ut philistum: et pueris
alienis adheserunt. Repleta e ter
ra argento et auro: et non e finis
thesaurorum eius. Et repleta est terra
eius equis: et innumerabiles qua
drige eius: Et repleta est terra eius
ydolis: opus manuum suarum adora
uerunt: quod fecerunt digiti eor
Et incuruauit se homo: et humili
atus est uir. He ergo dimittas es.
Ingredere in petram: abscondere
in fossa humo a facie timoris dñi:
et a gloria maiestatis eius. *lc. vi.*

Oculi sublimis hominis humi
uati sunt: et incuruabitur al
titudo uiroz. Exaltabitur autē
solus dominus in die illa: quia
dies domini exercituum sup omne
supbum et excelsum: et sup omnem
arrogantem et humiliabitur: et
sup omnes cedros lybani sublimē
et erectas: et sup omnes quercus
basan: et sup montes excelsos: et
sup omnes colles eleuatos: et sup
omnem turrem excelsam: et super
omne murum munitum: et super
omnes naues tharsis. et sup omne
quod uisu pulchrum est. Et incur
uabitur sublimitas hominum: et
humiliabitur altitudo uiroz. Et

eleuabitur dñs solus in die illa:
et ydola penitus conterentur: Et
introbunt in speluncas petrarum
et in uoragines terre a facie formi
dinis domini. et a gloria maiestatis
eius: cum surrexerit percutere terrā.
In die illa periet homo ydola arge
ti sui. et simulachra auri sui. que
fecerat sibi: ut adoraret talpas et
uespationes: et ingredietur scissu
ras petrarum. et cauernas saxorum.
a facie formidinis domini: et a glia
maiestatis eius: cum surrexerit per
cutere terram. *lc. vii.*

Quiescite ab homine cuius spiri
tus in naribus eius: quia excelsus
reputatus est ipse. Ecce enim domi
nator dominus exercituum auferet
ab ierlm et a iuda ualidum et forte:
omne robur panis. et omne robur
aque. fortem et uirum bellatorem.
iudicem et prophetam. ariolum et se
nem: principem sup quinquagin
ta. et honorabilem uultu: et consili
arium sapientem de architectis:
et prudentē eloquii mystici. Et
dabo pueros principes eor: et effe
minati dominabuntur eis. Et irru
et populus uir ad uirum: unusquisque
ad proximum suum. Tumultuabitur
puer contra senem: et ignobilis con
tra senem nobilem. Apprehendet enim
uir fratrem suum: domesticum pa
tris sui. Vestimentum tibi est: princeps
esto noster. Ruina autē hec: sub ma

nu tua. R. pondebit in illa die dices.
 Non sum medicus. et in domo mea
 non est panis neque uestimentum. no
 ut constituere me principem populi.
 Sicut enim ierlm et iudas concidit?
 quia lingua eoz et adinventiones
 eoz contra dominu. ut puocarent
 oculos maiestatis eius. Agnitio uultu
 eoz respondebit eis. et peccatum suu
 quasi sodoma predicauerunt. nec
 absconderunt. He anime eoz! qm red
 dita sunt eis mala. **lecto viii.**

Sicut iusto qm bene. qm fructum
 adinventionum suaru comeder.
 Ve impio in malum. retributio enim
 manu eius fiet ei. Populum meum
 exatores sui spoliauerunt. et muli
 eres dominate sunt eius. Populus
 meus qui beatum te dicunt. ipse te
 decipiunt. et uiam gressuum tuoz
 dissipant. Stat ad iudicandum do
 minus. et stat ad iudicandos popu
 los. Dominus ad iudicium ueniet.
 cum senibz populi sui et principibz
 eius. Vos enim depasti estis uineam
 mea. rapina pauperis in domo uira.
 Quare atteritis populum meum. et
 facies pauperum commolitis. dicit
 dominus ds exercituum. Et dixit
 dominus. Peo qd eleuate sunt filie
 syon. et ambulauerunt extento col
 lo. et nutibus oculoz ibant. et plau
 debant. ambulabant. et pedibus
 suis composito gradu incedebant.
 decaluabit dominus uerticem filia

rum syon. et cinem earum iudabit.
 In die illa auferet dominus ornatu
 calciamentoz. et lunulas et torques.
 et monilia et armillas. et mitras. et
 discriminalia. et periscelidas. et mu
 renulas. et olfactoriala. et maures.
 et anulos. et gemmas in fronte pen
 dentes. et mutatoria. et pallia. et
 linteamina. et acus. et specula. et sin
 dones. et uittas et teristra. Et erit
 psuauu odore fetoz. et p zona funi
 culus. et p crispanti crine caluicium.
 et p fascia pectorali cylidium. Pulc
 rimi quoq; uiri tui gladio cadent.
 et fortes tui in prelio. Et merebunt
 p atq; iugebunt porte eius. et de
 solata in terra sedebit. **lecto sancti**
euuangelii secundum marcum.

Hic euangelii ihu xpi filij dei sic
 scriptum est in ysaya ppheta. Ecce mit
 to angelum meum ante faciem tua.
 qui preparabit uiam tuam ante te.
 Vox clamantis in deserto. parate ui
 am domini. rectas facite semitas ei.
 Et Reliqua. **Omnia lectionis eiusde**
venerabilis Bede presbiteri.

Conferendum est hoc euangelij mar
 ci principium. principio mathei
 quo ait. Liber generationis ihu xpi
 filij dauid. filij abraham. atq; ex u
 troq; unus dominus noster ihc xpc.
 dei et hominis filius est intelligen
 dus. Et apte primus euangelista fi
 lium hominis eum. secundus fi
 lium dei nominat. ut a minoribus

paulatim ad maiora sensus noster
exurgeret. ac p̄ fidem et sacramenta
humanitatis assumptae ad agnitio-
nem diuine eternitatis ascenderet. **xi**
Iste qui humanam erat generati-
onem descripturus. a filio hominis
cepit. dauid uidelicet siue abrahe
de quorū stirpe substantiam assūp-
sit carnis. apte is qui librum suū
ab initio euangelice p̄dicationis
inchoabat. filium magis dī appel-
lare uoluit. dñm nostrum ihesum
xp̄m. quia nimirum et humane
erat nature. de progeie patri-
archarum. siue regum. ueritatem
carnis suscipere. et diuine fuit po-
tentie euangelium mundo predi-
care. Euangelium quippe. bonū
nuntium dicitur. Quod autē me-
lius est nuntium. quam penitē-
tiam agite. appropinquabit enī
regnum celorum. **lc. x.**

Hominis itaq; est humanit̄ na-
sci. dei uero regni celestis t̄o-
tum predicare penitentib; . Et idē
matheus recte filium dei nunci-
pat. quem in carne uenientem as-
seuerat. recte marcus filium dei
quem in prima sui uoluminis frō-
te auctorem euangelij. et sponso-
rem regni designat eterni. Nota-
dum est qđ euangeliste sancti. q̄
dispensationem nobis dominice
incarnationis scriptam reliquere.
uno quidem spiritu accensi. ad of-

ficiū scribendi accesserunt. h̄ di-
uerso narrationis siue p̄mordio
singuli diuēsum statuere terminū.
Matheus namq; a natiuitate uni-
uersa exordium sumens. ad tempus
usq; dominice resurrectionis serie
siue narrationis p̄duxit. Marcus ab
initio euangelice p̄dicationis
incipiens. p̄uenit ad tempus usq;
ascensionis domini. et p̄dicationis
discipulorū eius cunctis gētib;
p̄ orbem. Lucas a natiuitate precu-
soris inchoans euangelium termi-
nauit in ascensione dominica. cū
redeuntes discipuli iherosolimā.
aduentum sancti spiritus diuini
in laudibus expectant. Johannes
ab eternitate uerbi dei p̄ quod om-
nia facta sunt principium sumēs.
et ip̄e ad tempus usq; dominice re-
surrectionis euāglizando p̄tingit.

Scripturus igitur **lc. xii.**
euangelium marcus congrue
primo omnium ponit testimonia p̄-
phetarum. quib; hoc futurum iā
olim p̄cinebant. ut eo auctis
uera. ac sine scrupulo dubitatis
suscipienda. que scriberet intima-
ret. quo hec a p̄phetis sancto sp̄u
impletis antea prescisa. ac p̄dicta
esse monstraret. simul q; uno eodē q;
euangelij sui principio. et iudeos
qui legem et p̄phetas susceperant.
ad suscipienda etiam euangelij sa-
cramenta. que ip̄orū p̄phetie p̄c-

+
hois

dixerunt instituit. et gentiles qui
 per angelum preconiā ad deum ue-
 nerant ad auctoritatem quoque le-
 gis et prophetarum suscipiendam ue-
 nerandam que provocat. ne si qui iux-
 ta hereticos. aut uetus solummodo
 testamentum. aut solummodo no-
 um suscepisset. alienus a testamēto
 dei remaneret. Ecce mitto angelum
 meū ante faciem tuam. qui prepa-
 rabit uiam tuam ante te. Angelus uo-
 catur iohannes non nature socie-
 tate iuxta heresim origenis. sed offi-
 cii dignitate. Angelus enim grece.
 latine nuntius dicitur. Quo nomi-
 ne recte appellari potuit homo ille
 qui fuit missus a deo. ut testimoniū
 phiberet de lumine. et ueniētem

Te carne dñm mundo nuntiare. **xii.**
Nec mirandum mystice angelm
 nominari eum. quo inter nato
 mulierum maior nemo surret. cum
 confiter omnes qui sacerdotii gradu
 te funguntur. ob euangelizandi
 officium angelos posse uocari dice-
 te propheta. Labia sacerdotis custodi-
 unt scientiam. et legem requirunt
 ex ore eius. quia angelus domini
 exercituum ē. Vox clamantis i de-
 seto. parate uiam domini. rectā
 facite semitas eius. Constat quia u-
 nigenitus filius uerbum patris
 uocatur. iohanne attestante qui
 ait. In principio erat uerbum. et
 uerbum erat apud dñm. et dñs erat

uerbum. Et ex ipa nostra locutione
 cognoscimus. quia prius uox so-
 nat. ut uerbum postmodū possit
 audiri. Iohannes ergo uox a ppha
 uocatur. quia uerbum precedit.
 Aduentum itaque dominicum pcur-
 tens uox dicitur. quia p eius mini-
 sterium patris uerbum ab homini-
 bus auditur. **Inicium sancti euan-
 gelii secundum Marthum.**

Inicium euangelii ihu xpi filii dei.
 sicut scriptum est in ysaiā propheta. Ec-
 ce mitto angelum meū ante faciem
 tuam. qui preparabit uiam tuā
 ante te. Vox clamantis in deserto.
 parate. uiam domini. rectas faci-
 te semitas eius. fuit iohannes i de-
 seto baptizans. et predicans bap-
 tismum penitentiae. in remissionem
 peccatorum. Et egrediebatur ad illū
 omnis iudee regio. et iherosolimitē
 uniuersi. et baptizabantur ab illo
 in iordane flumine. confitentes pec-
 cata sua. Et erat iohannes uestit.
 pilis cameli. et zona pellicea circa
 lumbos eius. Et locustas et mel sil-
 uestre edebat. et predicabat dicens.
 Venit fortior me post me. cui non
 sum dignus percumbens soluere cor-
 rigiam calciamentorum eius. Ego au-
 tem baptizauī uos aqua. uero
 baptizabit uos. in spū sancto. amē.

Te decet laus. **Collecta**
Exulta domine quiesumus poten-
 tiam tuam et ueni. ut ab immi-

nantibus peccatorum nostrorum pericu-
lis. te mereamur protegente eripi.
te liberante saluari. *Qui uiuif.*

Quando uero uideris. *De. ii.*
dilecto meo. canticum
patrueli meo uinee
sue. Uinea facta est
dilecto meo in cornu
filio olei. et sepiuit eam et lapide
elegit ex illa. et plantauit eam cler-
tam. et edificauit turrem in medio
eius. et torcular extruxit in ea. et
expectauit ut faceret uinas et fecit
labruscas. Nunc ergo habitato-
res ierusalem et uiri iuda. iudicate in
ter me et uineam meam. Quid est quod
ultra debui facere uinee mee et non
feci ei. An quod expectaui ut faceret
uinas. et fecit labruscas. Et nunc
ostendam uobis quid ego faciam
uinee mee. Auferam sepe eam.
et erit in direptionem. Duram ma-
ceriam ei. et erit in conculeatione.
et ponam eam desertam. Non puta-
bitur. et non fodietur. et ascendet
super eam uepres et spine. et nubibus
celi mandabo ne pluant super eam ym-
brem. Uinea enim domini exercituum
domus israel est. et uir iuda germen de-
lectabile eius. Et expectaui ut face-
ret iudicium. et ecce iniquitas. et iu-
sticiam. et ecce clamor. *Ac. ii.*

Qui conuincitis domum ad do-
mum. et agrum agro copulatis.
usque ad terminum loci. Numquid

habitatit uos soli in medio terre. In
auribus meis sunt hec dicit dominus exer-
cituum. nisi domus multe deserte.
fuerint. grandes et pulchre absque
habitatore. Decem enim iugera ui-
nearum facient lagunculam unam.
et triginta modii sementis facient
modios tres. *Ve qui confurgitis ma-
ne ad ebrietatem sectandam. et po-
tandum usque ad uesperam. ut uino
estuetis. Tychara et lyra et tympa-
num. et tybia iuuum in conuiu-
is uestris. et opus domini non respi-
citis. nec opera manuum eius confide-
ratis.* *Propterea captiui ductus est* **3**
*populus meus. quia non habuit sci-
entiam. et nobiles eius interierunt
fame. et multitudo eius siti exaruit.
Propterea dilatauit infernus ani-
mam suam. et aperuit os suum absque
ullo termino. et descendent fortes ei.
et populus eius. et sublimes glori-
osi que eius ad eum. Et incuruabitur
homo et humiliabitur uir. et ocu-
li sublimium deprimentur. Et exal-
tabitur dominus exercituum in iu-
dicio. et deus sanctus sanctificabit
in iusticia. Et pascentur agni iuxta
ordinem suum. et deserta in uertea-
tem uersa. aduene comedent.* *iii.*

Ve qui trahitis iniquitatem in
funiculis uanitatis. et quasi
iunculum plaustrum peccatum. quod iu-
stis festinet et cito ueniat opus ei.
ut uideamus. et appropiet et ueni-

at consilium sancti israel et sciemus
illud. Ne qui dicitis malum bonum
et bonum malum: ponentes tene
bras lucem et lucem tenebras: po
nentes amarum in dulce: et dulce
in amarum. Ne qui ponentes sapien
tes estis in oculis uestris: et coram
uobis met ipsis prudentes. Ne qui ^{In autem}
potentes estis ad bibendum uinum: ^{ecc. 31.}
et uiri fortes ad miscendam ebrie
tatem: qui iustificatis impium p
muneribus: et iusticiam iusti aufer
tis ab eo. Propter hoc sicut deuorat
stipulam et ligna ignis et calor fla
me exurit: sic radix eorum quasi faul
ta erit: et germen eorum ut puluis asce
det. Abiecerunt enim legem domini ex
ercituum: et eloquium sancti israel
blasphemauerunt. Ideo iratus est fu
ror domini in populo suo: et exte
dit manum suam super eum: et per
cussit eum. Et conturbati sunt mon
tes: et facta sunt morticina eorum quasi
stercus in medio platearum. In hi
omnibus non est auersus furor eius: sed
adhuc manus eius extenta. **iiii**

Eleuabit signum in nationibus
procul: et sibilabit ad eum de
finibus terre: et ecce festinus uelociter
ueniet: non est deficiens neque labo
rans in eo. Non dormitabit neque
dormiet: neque soluetur cingulum re
num eius: nec rumpetur corrigia
calciamenti eius. Sagitte eius acu
te: et omnes arcus eius extenti. Un

5
gule equorum eius ut silex: et rote
eius quasi impetus tempestatis.
Rugitus eius ut leonis: rugiet ut
catuli leonum: et frendet et tene
bit predam: et amplexabitur: et
non erit qui eruat. Et sonabit
super eum in die illa: sicut sonitus
maris. Aspiciemus in terram: et
ecce tenebre tribulationis: et lux
obtenebrata est in caligine eius.
In anno quo mortuus est rex ozia
iudi dominum sedentem super solium
excelsum et eleuatum: et ea que sub
ipso erant replebant templum. Sera
phim stabant super illud: sex ale uni
et sex ale alteri. Duabus uelabant
faciem eius: et duabus uelabant pe
des eius: et duabus uolabant. Et cla
mabant alter ad alterum et dice
bant. Sanctus sanctus sanctus
dominus deus exercituum: plena
est omnis terra gloria eius. Et comota
sunt supplimentaria cardinum a uo
ce clamoris: et domus impleta est fu
mo. Et dixi. Ne michi quia tacui:
quia uir pollutus labiis ego sum
et in medio populi polluta labia
habentis ego habito: et regem do
mini exercituum iudi oculis meis.
Et uolauit ad me unum. **cc. vii**
de seraphim: et in manu eius
calculus quem forcipe tulerat de
altari: et tetigit os meum et dixit.
Ecce enim tetigi hoc labia tua: et
auferetur iniquitas tua: et pecca

tum tuum mundabitur. Et audiui
uocem domini dicentis. Quem mir-
tamur et quis ibit nobis? Et dixi. Scite
ego? mitte me. Et dixit. Vade et
dices populo huic. Audite audi-
entem et nolite intelligere? et uide-
te uisionem? et nolite cognoscere.
Excetra cor populi huius? et aures
eius aggraua et oculos eius clau-
de? ne forte uideat oculis. et auribus
suis audiat? et corde suo intelligat.
et conuertatur et sanem eum. Et di-
xi. Usquequo domine? Et dixit. Do-
nec desolentur ciuitates absq; ha-
bitatores? et domus sine homine. Et
tertia relinquetur deserta? et longe
faciet dominus homines. Et multi-
plicabit que delicta fuerat in me-
dio terre? et adhuc in ea decimatio
et conuertetur? et erit in ostensione
sicut terebinthus? et sicut quercus
que expandit ramos suos. Semen
sanctum erit? id quod steterit in ea.

Et factum est in diebus achaz. **VI**
filius ioatham filii ozie regis iu-
da ascendit rasiin rex syrie. et hasce
filius romelie rex isrl. inierim adp-
uandum eam? et non potuerunt
debellare eam. Et nuntiauerunt do-
mni dauid dicentes. Requieuit
syria sup effraym? et commotum e
cor eius et cor populi eius? sic mo-
uentur ligna siluarum a facie ue-
ti. Et dixit dominus ad ysaiam. E-
gredere in occursum achaz tu et q

derelictus est rasiin filius tuus? ad
extremum aque ductus piscine su-
perioris in uia agri siuionis? et di-
ces ad eum. Vide ut silcas. Non ti-
mere? et cor tuum ne formidet adu-
ersus emulsiuonum fumigantiu
istorum? in ira furoris rasiin et syrie
et filii romelie? eo qd confuuum in-
erit contra te syria malum. effraym
et filius romelie dicentes. Ascenda-
mus ad uidam et suscitemus eum?
et euellamus eum ad nos? et ponam
regem in medio eius filium rebebel.
Hec dicit dominus deus. Non stabit
et non erit istud? s; caput syrie da-
mascus. et caput damasci rasiin.
Et adhuc sexaginta et quinque anni?
et desinet effraym esse populus? et
caput effraym samaria. et caput sa-
marie filius romelie. Si non credi-
deritis non pmanebitis. **VII**

Et adiecit dominus loqui ad a-
chaz dicens. Pete tibi signum
a domino deo tuo in pfundum in-
ferni? siue in excelsum supra. Et dixit
achaz. Non petam? et non temptabo
dominum. Et dixit. Audite ergo do-
mus dauid. Numquid parum uobis
est molestos esse hominibus? quia mo-
lesti estis et deo meo. Propter hoc da-
bit dominus ipe uobis signum. Scie-
uirgo concipiet et pariet filium? et
uocabitur nomen eius emmanuel.
Butyrum et mel comedet. ut sciat
reprobare malum et eligere bonum?

6.
quia ante quam sciat puer repbare
malum et eligere bonum: derelin
quetur terra quam tu detestaris a
facie duoz regum suoz. Adducet
dominus sup te et sup populum
tuum. et sup domum patris tui. di
es qui n̄ uenerunt a diebz separati
onis effraym a iuda: cum rege assy
riorum. Et erit in die illa sibilabit
dominus musce. que est in extremo
fluminum egypti: et api que est i
terra assur: et uenient et requies
cent omnes in fluminibz torrentibz
ualluum. et in cauernis petrarum:
et in omnibz frutectis. et in uniuersis
foraminibz. In die illa radet
dominus in nouacula conducta
in his qui trans flumen sunt i re
ge assyrior: caput et pilos pedu:
et barbam uniuersam. **viii.**

Et erit in die illa mitriet homo
uaccam bouum. et duas oues:
et pre ueritate lactis comedet bu
tyrum. Butyrum enim et mel
manducabit: omnis qui derelic
tus fuerit in medio terre. Et erit i
die illa omnis locus ubi fuerint
mille uites mille argenteis: et in
spinas et in uepres erunt. Cum sa
gittis et arcu ingredientur illuc:
uepres enim et spine erunt i uni
uersa terra. Et omnes monte qui
in sarculo sarientur: non ueniet
illuc terror spinarum et uepruum
et erit in pascua bouis. et in cocul

cationem pecoris. Et dixit dominus
ad me. Sume tibi librum grande:
et scribe in eo stilo hominis. Velo
citer spolia detrahe: cito predare.
Et adhibui m̄ testes fideles uriam
sacerdotem et zachariam filiu ba
rachie. Et accessi ad pphetissam: et
concepit et peperit filium. Et dixit
dominus ad me. Voca nomen eius ac
celera spolia detrahere: festina pre
dari: quia ante quam sciat puer
uocare patrem suum et matre su
am auferetur fortitudo damasci: et
spolia samarie coram rege assyrior:
Et adiecit dominus loqui ad me
adhuc dicens. Pro eo qd̄ abiicit po
pulus iste aquas sude q̄ uadit cu
suentio: et assumpsit magis rasin
et filium romelie: propter hoc ecce
adducet dominus sup eas aquas
fluminis fortes et multas. rege assy
rior et omnem glam eius. Et ascē
det sup omnes riuos eius: et fluet
sup uniuersas ripas eius: et ibit
p̄ iudam mundans. et transiens
usq; ad collum ueniet. Et erit exte
sio alarum eius implens latitudi
nem terre tue o emanuel. **Scdm**
Hillo tempore. Dixit ih̄c **lucam.**
discipulis suis. Erunt signa i so
le et luna et stellis. et in terris pres
sura garrum pre confusione soni
tus maris et fluctuum: aresece
tibz hominibz pre timore et expec
tatione que superuenient uniuerso

orbi. Et reliqua. *O. R. eid. vi. Greg.*
Dominus ac redemptor noster *W.*
paratos nos inuenire deside
ramus: senescentem mundum que
mala sequantur denuntiat: ut
nos ab eius amore compescat. Ap
propinquantem eius terminum
quante passiones preueniant in
notescit: ut si deum metuere in tram
quillitate nolumus: uicinum eius
iudicium ut passionibus attrita
timeamus. Huic et enim lectioni
sancti euangelij quam modo uisa
fratrum audiuit: paulo superius
premisit dicens. Exurge gens con
tra gentem: et regnum aduersus
regnum: et erunt terremotus mag
ni pro loca et pestilentie et fames. Et
quibusdam interpositis: hoc quod
modo audistis adiunxit. Et erunt
signa in sole et luna et stellis: et
in terris pressura gentium pre con
fusione sonitus maris et fluctuum.
Ex quibus profecto omnibus alia iam
facta ceruimus: alia in proximo
uentura formidamus. Nam gentem
supra gentem exurgere: earumque pre
sura terris insistere: plus iam in
nostris tribulationibus uidimus.
quam in codicibus legimus. *R.*

Quod terremotus urbes innume
ras subruat: ex aliis mundi
partibus satis quam frequenter audi
uimus. Pestilentias sine cessatio
ne patimur. Signa uero in sole

et luna et stellis adhuc aperte mi
nime uidemus: sed quia et hec non
longe sunt ex ipsa iam aeris immu
tatione colligimus: quamuis prius quam
italia gentium gladio ferenda trade
retur. igneas in celo acies uidemus:
ipsum qui postea humani generis
fusus est sanguinem horruiscentem.
Confusio autem maris et fluctuum:
nec diu noua exorta est. Sed cum mul
ta iam prenuntiata completa sunt
dubium non est quod sequantur etiam
pauca que restant: quia sequentium
rerum certitudo est preteritarum
exhibitio. Hec nos fratres carissimi
idcirco dicimus: ut ad cautele stu
dium uestre mentes euigilent: ne
securitate torpeant: ne ignorantia
lauescant: sed semper eas et timor
solicite: et in bono opere sollici
tudo confirmet: pensantes hoc quod
redemptoris nostri uoce subiungit.

Arescentibus hominibus pre timore
et expectatione: que superuenient
uniuerso orbi. Nam uirtutes ce
lorum mouebuntur. *R. xi.*

Quid dominus uirtutes celorum: nisi an
gelos archangelos. thronos.
dominationes principatus et po
testates appellat. Que in aduen
tu districti iudicis nostris tantum oculi
uisibiliter apparebunt: ut di
stricte tunc a nobis exigant: hoc
quod nos modo inuisibilis conditor
equanimiter portat. Vbi et subdit.

Et tunc uidebunt filium homini
uenientem in nubibus: in potestate
magna et maiestate. Ac si apte di-
ceretur: In potestate et maiestate ui-
suri sunt: quem in humilitate posi-
tum audire noluerunt: ut uirtu-
tem eius tanto tunc districtius sen-
tiant: quanto nunc ceruicem cor-
dis ad eius patientiam non inclinant. *In au*
S; quia hec contra reprobos dicta *xii*
sunt: mox ad electorum consolati-
onem uerba uertuntur. Nam sub-
ditur: His autem fieri incipientibus:
respicite et leuate capita: quoniam ap-
propinquat redemptio uestra.
Ac si apte ueritas electos suos am-
moneat dicens: Cum plage mundi
crebrescunt: cum terror iudicii uir-
tutibus commotis ostenditur: leua-
te uos capita: id est exhilarate cor-
da: quia dum finitur mundus
cui amici non estis: prope fit redemptio
quam quesistis. In scriptura et enim
sacra sepe caput pro mente ponit:
quia sicut capite reguntur membra:
ita et cogitationes mente disponun-
tur. Leuare itaque est capita: mentes
nostras ad gaudia patrie celestis
erigere. *xiii* **Q**ui dominum diligit
et mundi fine gaudere: atque hilare-
scere uidentur: quia uidelicet eum
quem amant mox inueniunt: dum
transit is quem non amauerunt: absit
enim ut fidelis quisque qui deum uide-
desiderat: de mundi percussioibus

lugeat: quem finiri eisdem suis percus-
sionibus non ignorat. Scriptum namque
est: Quicumque uoluerit amicus esse
seculi huius: inimicus dei constituetur.
Qui ergo appropinquante mundi
fine non gaudet: amicum se illi esse
testatur: atque per hoc inimicus dei con-
uincitur. S; absit hoc a fidelium cor-
dibus: absit ab his qui et esse aliam
uitam per fidem credunt: et eam per
operationem diuigunt. Ex mundi e-
nim destructione lugere eorum est: qui
radices cordis in eius amore plan-
tauerunt: qui sequentem uitam
non querunt: quia illam nec esse
suspiciunt. Hos autem qui celestis
patrie gaudia eterna cognouimus:
festinare ad eam quanto citius debe-
mus. Optandum nobis est citius
pergere: atque ad illam uiam breuiore
peruenire. Quibus enim malum iam non
mundus urgetur: Que nos tristitia:
que aduersitas non angustat: Quid
est uita mortalium nisi uia: Et quale
sit fructus mei pendite: in labore
uine lacescere: et tamen eandem uiam
nolle finire. Quod autem calcari mun-
dus ac despici debeat: redemptor
noster per uida comparatione mani-
festat: cum primum adiungit. Vide-
te ficulneam: et omnes arbores: cum
perducit iam ex se fructum: scitis quia per
se est estas. Ita et uos cum uideritis
hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei.
Ac si apte dicat. Quia sicut ex fructu

arborum uana estas esse cognosci-
tur: ita extrema mundi ppe ee cog-
nosatur regnum dei. *Scdm lucam.*

In illo tempore: Dixit ihc discipulis
suis. Erunt signa in sole et luna
et stellis. et in terris pressura gen-
tium pre confusione sonitus ma-
ris et fluctuum: arescentib; homi-
nib; pre timore et expectatione.
que superuenient uniuerso orbi. Na-
uitates celoz mouebuntur. Et tunc
uidebunt filium hominis uenien-
te in nubibus: cum potestate mag-
na et maiestate. His autem fieri in-
cipientib; respicite et leuate capi-
ta uestra. qm appropinquat redemp-
tio uestra. Et dixit illis similitudi-
nem. Videte ficulneam: et omnes
arbores. Cum producunt iam ex se
fructum: scitis qm ppe est estas. Ita
et uos cum uideritis hec fieri: scito-
te qm ppe est regnum di. Amen dico
uobis: non preteribit generatio hec
donec omnia fiant. Celum et terra
transibunt: uerba autem mea no
transibunt. *Te s. oratio.*

Exalta domine corda nostra ad p-
parandas unigeniti tui uias:
ut p eius aduentum purificatis t-
mentib; seruire mereamur. *Ps. iiii.*

Gaceant ad me. *De. iiii.*
insule: et gentes inuident
fortitudinem. Accedant
et tunc loquantur: sicut
ad iudicium appropinquemus. Quis

suscitauit ab oriente iustum: uoca-
uit eum ut sequeretur se. Dabit i
conspectu ei gentes: et reges optine-
bit. Dabit quasi puluerem gladio eius:
sicut stipulam uento raptam arcu
eius. Prequet eos: transibit i pace:
semita in pedib; eius n apparebit. Quis
hec operatus est et fecit: uocans ge-
nerationes ab exordio. Ego dominus:
primus et nouissimus ego sum. Vi-
derunt insule et timuerunt: et extre-
ma terre obstupuerunt: appropin-
quaerunt et accesserunt. Unusquisq;
primo suo auxiliabitur: et fratri
suo dicet confortare. Confortabit fa-
ber cruius patient malleo eu qui
cudebat tunc tempis: dicens. Gluti-
no bonum est: et confortabit eum i
clauis ut n moueatur. *Ec. ii.*

Et tu israel serue meus iacob que elegi:
semen abraham amici mei: in quo
apprehendi te ab extremis terre: et a lo-
giquis eius uocaui te: et dixi tibi.
Seruus meus es tu elegi te: et no ab-
ieci te. Ne timeas quia tecum sum ego:
ne declines quia ego deus tuus. Con-
fortaui te et auxiliatus sum tui: et
suscepit te dextera iusti mei. Sicte con-
fundentur et erubescunt omnes qui
pugnant aduersum te: erunt quasi
non sint. et peribunt iuri qui contra-
dicunt t. Queres eos et non inueni-
es: uiros rebelles tuos. Erunt qui
non sint: et ueluti consumptio ho-
minis bellantis aduersum te: quia

ego dominus deus tuus apprehendes
manum tuam: dicens quod ne timeas:
ego adiunxi te. Noli timere uertis iacob:
qui mortuus estis ex israel. Ego auxiliatus
sum tui dicit dominus: et redemptor
tuus sanctus israel. Ego posui te
quasi plaustrum triturans nouum:
habens rostra serrantia. Triturabis
montes et conuies: et colles quasi
puluere[m] pones. Ventus tollet: et turbo
disperget eos. Et tu exultabis in domino:
et in sancto israel letaberis. **S**egni et paupere
res querunt aquas et non sunt: lingua
iporum sitit aruit. Ego dominus exaudi
am eos: deus israel non derelinquet eos.
Aperiam in superis collibus: flumina:
et in medio camporum fontes. Ponam de
sertum in stagna aquarum: et terram
in uiam in riuos aquarum. Dabo in
solitudine cedrum: et symam: et myr
tum: et lignum oliue. Ponam in deser
tabitent: ulmum: et buxum simul:
ut uideant et recogitent: et intelli
gant pariter: quia manus domini
fecit hoc: et sanctus israel creauit illud.
Prope facite iudicium uestrum dicit
dominus: afferite si quid forte habe
tis dixit rex iacob. Accedant: et nunti
ent uobis quecumque uentura sunt.
Piora que fuerunt nunciate: et po
nemus cor nostrum et sciemus nouis
sima eorum: et que uentura sunt indi
cate nobis. Annuntiate quod futura
sunt in futurum: et sciemus quia

8.
dij estis uos. Bene quoque aut male
si potestis facite: et loquamur ut
uideamus simul. Ecce uos estis ex
nicho: et opus uestrum ex eo quod non
est: abhominatio est qui elegit uos
Suscitauit ab aquilone: et ueniet
ab ortu solis. Uocani nomen meum:
et adducet magistratus quasi lutum:
et uelut plastes concutians humum.
Quis annuntiavit ab exordio
ut sciamus: et a principio ut di
camus iustus es. Non est neque annun
tians: neque predicans: neque audiens
sermone[m] uestros. Primus ad syon
dicet ecce assium: et ibi in euian
gelistam dabo. Et uidi et non erat
neque existis quisquam qui iniret conse
litum: et interrogatus responderet
uerbum. Ecce omnes iniusti et uana
opa eorum: uentus et mane simulachrum
eorum. Ecce seruus meus suscipiam eum:
electus meus complacuit sibi in illo
anima mea. Dedi spiritum meum super
eum: iudicium gentibus proferet. Non
clamabit neque accipiet personam: neque
audietur foris uox eius. Calamum
quassatum non conteret: et lignum
fumigans non extinguet. In ueritate
edificet iudicium. Non erit tristis neque
turbulentus: donec ponat in terra
iudicium: et legem eius in sine expec
tabunt. **H**ec dicit dominus deus celos
creans et extendens eos: firmans ter
ram et que germinantur ex ea: deus
flatum populo qui est super eam: et

lcto. v.

spiritum calcantibus eam. Ego dominus
uocaui te in iusticia: et apprehendi
manum tuam et seruaui te et dedi
te in fedus populi in lucem gentium:
ut aperires oculos cecorum: et edu
ceres de conclusione uinctum de do
mo carceris sedentes in tenebris. Ego
dominus: hoc est nomen meum: glori
am meam alteri non dabo: et laudem me
am sculptilibus. Que prima fuerant
ecce uenerunt: noua quoque ego an
nuntio: ante quam oriantur audi
ta uobis faciam. **S**urdi audite:
et cæci intuemini ad uidentium. **Q**ui
cecus non seruus meus: et cecus nisi ad
quem nuntios meos misit. **Q**ui cecus
nisi qui uenundatus est. **Q**ui cecus
nisi seruus domini. Qui uides mi
ta nonne custodies. Qui aptas
habes aures: nonne audies. **E**t
dominus uoluit ut sanctificaret
eum: et magnificaret legem et extol
leret. Facti sunt in rapinam nec est
qui eruat: in direptionem et non est
qui dicat redde. Quis est in uobis
qui audiat hoc: attendat et auscul
tet futura. Quis dedit in direpti
onem iacob: et israel uastantibus: non
ne dominus ipse cui peccauimus:
et noluerunt in uis eius ambulare:
et non audierunt legem eius. **E**t effu
dit super eos indignationem furoris
sui: et forte bellum. **E**t combussit e
um in circuitu et non cognouit: et suc
cendit eum et non intellexit. **E**t nunc

lecto vii

hec dicit dominus creans te iacob:
et formans te israel. **N**oli timere quia
redemi te: et uocaui te nomine meo
meus es tu. **C**um transieris per aquas
tecum ero: et flumina non operient te.
Cum ambulaueris in igne non com
buretur: et flamma non ardebit in te:
quia ego dominus deus tuus factus israel
saluator tuus. **D**edi pro peccatione tu
am egyptum: ethiopiam et saba parte
ex quo honorabilis factus es in oculis
meis: et gloriosus ego dilexi te: et da
bo homines pro te et populos pro anima tua. **N**oli timere:
quia cum tecum ego
sum. **A**b oriente adducam semen tuum:
et ab occidente congregabo te. **D**icam
aquiloni da: et austro noli prohibere.
Affer filios meos de longinquo: et
filias meas ab extremis terre: et om
nem qui inuocat nomen meum. **I**n glo
riam meam creauit eum: formauit eum:
et feci eum. **E**duc foras populum
cecum: et oculos habentem: surdum
et aures ei sunt. **O**mnes gentes con
gregate sunt simul: et collecte sunt
tribus. **Q**uis in uobis annuntiet
istud: et que prima sunt audire nos
faciat. **D**ent testes eorum: et iustificent:
et audiant et dicant. **V**ere uos testes
mei dicit dominus: et seruus meus
quem elegi: ut sciatis et credatis
michi: et intelligatis quia ego ip
se sum. **A**n te me non est formatus deus:
et post me non erit. **E**go sum ego sum
dominus: et non est absque me saluator.

Ego annuntiaui et saluaui: audi-
tum feci: et non fuit in uobis alienus.
Vos testes mei dicit dominus: et ego
uester deus: et ab initio ego ipse: et non
est qui de manu mea eruat. O palatium
et quis auertet illud? Hec dicit dominus
deus redemptor uester sanctus israel.
Propter uos emisi babilonem: et
decexi uectes uniuersos et chaldeos:
in nauibus suis gloriantes. Ego dominus
sanctus uester creans israel rex uester.
Hec dicit dominus qui dedit in ma-
riuiam: et in aquis torrentibus semi-
tam: qui eduxit quadrigam et equum:
agmen et robustum. Simul obdormi-
erunt nec resurgent: contiti sunt
quasi linum: et extincti sunt. Ne
memineritis priorum: et antiqua
ne ituedimini. **vii.** **S**ecce ego facio
noua: et nunc orientur: utique cog-
nosceatis ea. Ponam in deserto uiam:
et in inuio flumina. Glorificabit
me bestia agri. Dracones et struaciones:
quia dedi in deserto aquas flumina
in inuio: ut darem populo meo potum
electo meo. Populum istum formaui
in laudem meam narrabit. Non me-
inuocasti iacob: nec laborasti in me
israel. Non obtulisti in arietem holocausti
tui: et uictimis tuis non glorificasti
me. Non te seruire feci in oblatione:
nec laborem tibi prebui in thure. Non
emisti in argento calamum: et ad
pe uictimarum tuarum non inebria-
sti me. Verum tamen seruire me feci

9.
in peccatis tuis: prebuiisti michi la-
uorem in iniquitatibus tuis. Ego sum
ego sum. qui de te iniquitates tuas
propter me: et peccatorum tuorum non re-
cordabor. Reduc me in memoriam: et
iudicemur simul. Parra si quid habes:
ut iustificeris. Pater tuus primus pec-
cauit: et interpretes tui preuaricati
sunt in me. Et contaminaui princi-
pes sanctos: dedi ad interitum iacob:
et israel in blasphemiam. Et non
audi iacob serue meus: et israel quem
elegi. Hec dicit dominus faciens et for-
mans te: ab utero auxiliator tuus.
Non timere serue meus iacob: et rec-
tissime quem elegi. Effundam enim
aquas super siccitatem: et fluentia su-
per aridam. Effundam spiritum me-
um super semen tuum: et benedictionem
meam super stirpem tuam. **viii.** **N**ec dicit
dominus rex israel: et redemptor eius
dominus exercituum. Ego primus
et ego nouissimus: et absque me non est
deus. Quis similis mei? Vocet et annun-
tiet: et ordinem exponet michi: ex
quo constitui populum antiquum.
Ventura et que futura sunt annun-
tiet eis. Non te timere neque contur-
bemini: ex tunc audire te feci et an-
nuntiaui: uos estis testes mei. Nunquam
est deus absque me: et formator quem
ego non nouerim. Plante ydoli omnes
nichil sunt: et amantissima eorum non
perderunt eis. Ipsi sunt testes eorum quia
non uident neque intelligunt: ut con-

fundantur. Memento horum iacob et israel: quoniam seruus meus es tu. Formauit te seruus meus es tu israel: non obliuisceris mei. Deleui ut nubem iniquitates tuas: et quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me quoniam redemi te. Lauda te celi quoniam misericordiam fecit dominus: iubilare extrema terre: resonare montes laudationem: saltus et omne lignum eius: quoniam redemit dominus iacob. Et israel glorabitur. Hec dicit dominus redemptor tuus: et formator tuus ex utero. Ego sum dominus faciens omnia hec: extendens celos: solus stabiliens terram et nullus mecum: irrita faciens signa diuinorum: et aruolos in furorem uertens. Conuertere sapientes retrosum: et scientiam eorum stultam faciens: suscitans uerbum serui sui: et consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico ierusalem habitaberis: et ciuitatibus iude edificabimini: et deserta eius suscitabo. Qui dico profundo desolare: et flumina tua arefaciam. Qui dico tyro pastor meus es: et omnem uoluntatem meam complebit. Qui dico ierusalem edificaberis: et templo fundaberis. *Secundum*

In illo tempore: Cum *Matheum.* Laudasset iohannes inuincibile opera christi: mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Et reuqua *Omel.* Querendum *scilicet eisdem beato gregorio super.* nobis est fratres carissimi iohan-

nes propheta et plus quam propheta. qui uenientem ad baptismum dominum ostendit dicens. ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi: et qui humilitatem suam. et diuinitatis eius potentiam considerans dicit. qui de terra est de terra loquitur: qui autem de celo uenit super omnes est: cur in carcere positus mittens discipulos requirit. tu es qui uenturus es an alium expectamus: tamquam si ignoraret quem ostenderat: et an ipse sit nesciens. quem ipsum esse prophetando. baptizando clamauerat ostendendo. Sed hec citius questio soluitur: si gesterit tempus et ordo pensatur. Ad iordanis enim fluentia positus. quia ipse redemptor mundi esse asseruit: missus uero in carcerem an ipse ueniat requirit: non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitat: sed querit ut sciat si is qui per semper mundo uenerat: ipse etiam ad inferni claustra descendat. Quic enim precurrens mundo nuntia uerit: hunc moriendo et ad inferos precurrebat. **H**ic ergo. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Ac si aperte dicat. Sicut per hominibus nasci dignatus es. an etiam per hominibus mori digneris insinua: ut qui natiuitatis tue precursor extitit. mortis etiam precursor frater: et uenturum inferno te nuntiem: quem iam uenisse mundo enuntiaui. Unde et inquisitus dominus. enumeratis potentie sue

miraculis: de mortis sue humilitate
prius respondit dicens Ceci u
dent: claudi ambulant: leprosi muni
dantur: Surdi audiunt: mortui re
surgunt: pauperes euangelizant.

in scilicet
in scilicet

Et uentus est: qui non fuerit scanda
lizatus in me. **U**isus tot signis tan
tis q: uirtutib: n̄ scandalizari quisq:
potuit: s; ammirari. S; infidelium
mens graue in illo scandalū ptulit:
cum eum et post tot miracula mori
entem uidit. Vnde et paulus dicit.
Hos autem predicamus xpm cruci
fixum: uideis quidem scandalum:
gentib: autem stulticiam. Stultum
quippe hominib: uisum ē: ut p̄ homi
nib: auctor uite moreretur. Et inde
contra eum homo scandalum sump
sit: unde ei amplius debitor fieri de
uit. Nam tanto d̄s ab hominibus
dignius honorandus est: quanto
p̄ hominib: et indigna suscepit.

Quid est dicere uentus est. **lc. xii.**
qui non fuerit scandalizatus i
me: nisi aperta uoce abiectioe mor
tis sue humilitatem q: signare. Ac si
patenter dicat. Mira quidem facio:
s; abiecta p̄peti non dedignor. Quia
ergo moriendo te subsequor: cauē
dum est ualde hominib: ne in me
mortē despiciant: qui signa uene
rantur. S; dimissis iohannis disci
pulis: quid de eodem iohanne tur
bis dicat audiamus. Quid existis
uidere in desertum: Harundinem

uento agitatum: Quod uidelicet nō
asserendo: s; negando intulit harū
dinem quippe mox ut aura contage
rit: in partem alteram flectit. Et quid
p̄ harundinem: nisi carnalis animus
designatur: Qui mox ut fauore ul
detractione tangitur: statim in par
tem quamlibet inclinatur. **Si enim**
ab humano ore aura fauoris flauē
rit: hilarescit. extollitur: totum q:
se quasi ad grām inflectit. S; si inde
uentus detractionis eruperit. unde
laudis aura ueniebat: mox hunc
quasi in partem alteram ad uim fu
roris inclinat. S; harundo uento a
gitata iohannes non erat: quia hūc
nec blandum grā: nec cuiuslibet de
tractio in ira asperum faciebat. Nec
p̄spira hunc erigere: nec aduersa no
uerant ~~non~~ inclinare. Harun
do ergo uento agitata non erat. que
a statu sue rectitudinis nulla rerū
uanetas inflectebat. **lc. xii.**

tu autem.

Discamus igitur fratres carissimi
harundo uento agitata non esse:
solidemus animum inter auras lin
guarum positum. Stet inflexibilis:
status mentis. Nulla nos detractione
ad iram puocet: atq; ad remissionē
inutilis gracie nullus fauor iclinet.
Non nos prospera eleuent: nec aduer
sa perturbent: ut qui in soliditate fi
dei firmi: nequaquā rerum tran
seuntium mutabilitate moueamur.
Adhuc autem: de eius expressione sub

uincitur. S; quid existis uidere in
desertum. Hominem mollib; uesti-
tum. Ecce qui mollib; uestiuntur.
in domib; regum sunt. Camelorum
et enim plus ut scitis. iohannes ue-
stitus fuisse describitur. Et quid est
dicere. ecce qui mollib; uestiuntur
in domib; regum sunt. nisi apta sen-
tentia sententia demonstrare. quia
non celesti s; terreno regno militat
hy qui p deo perpeti aspera fugiunt.
s; solis exteriorib; dediti. presentis
uite molliciem et delectatione que-
runt. Hemo ergo existimet in fluxu
atq; studio preciosarum uestium pec-
catum deesse. quia si hoc culpa n̄ est.
nullo modo iohannem dominus de
uestimenti sui asperitate laudasset.
Si hoc culpa non est. nequaquam petrus
apostolus p epistolam feminas
a preciosarum uestium appetitu cō-
pesceret dicens. Non in ueste precio-
sa. Pensate ergo fratres carissimi q̄
culpa hoc sit. etiam uiros appetere.
a quo curauit pastor ecclesie et femi-
nas phibere. Quamuis hoc qd̄ iohā-
nes non esse uestitus mollib; dicit.
p̄ significationem intelligi et aliter
potest. Mollib; enim uestitus n̄ fuit.
quia mollib; uitam peccantium non
blandimentis fouit. s; rigore aspe-
re inuentionis increpauit dicens. Be-
nimina uiperarum. quis uobis de-
monstrauit fugere a uentura ira.
Vnde et p̄ salomonē dicitur. Verba

sapientum quasi stimuli: et sicut cla-
ui in altum defixi. Clauis quippe atq;
stimulis sapientium uerba comparā-
tur. quia culpas delinquentium ne-
sciunt palpare s; pungere. **S. Matho.**
In illo tempore. Cum audisset iohannes
in uinculis opera xpi. mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es qui uē-
turus es an alium expectamus. Et
respondens ih̄c ait illis. Cunctes re-
nuntiate iohanni. que audistis et
uidistis. Cæci uident. claudiambu-
lant. leprosi mundantur. Surdi au-
diunt. mortui resurgunt. pauperes
euangelizantur. Et beatus est. qui n̄
fuerit scandalizatus in me. Illis autē
ab euntib; cepit ih̄c dicere ad turbas
de iohanne. Quid existis in desertū
uidere. Hauriendū enim uento agitata.
S; quid existis uidere. Hominē molli-
bus uestitum. Ecce qui mollib; uesti-
untur. in domib; regum sunt. S; quid
existis uidere. Pphetam. Etiam dico
uobis. et plus quam pphetam. Hic est
enī. de quo scriptum est. Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem tuam.
qui preparabit uiam tuam ante te.
Amen. Te docet laus. **OR.** **A**urem tu-
am quæsumus domine precib; nostris
acomoda. et mentis nostre tenebrā
gracia tue uisitationis illustrā. **Ps̄.**
In illo tempore. **Lucam.**
Dixit angelus gabriel a deo i
ciuitatem galilee cui nomen nazareth
ad uirginem desponsatam uiro cui no-

men erat ioseph de domo dauid: et
nomen uirginis maria. Et reliqua
Exordium nostre **Omel. sc. eide**
redemptionis vener. Bede p[re]sb.
fratres carissimi hodierna nobis sac-
ti euangelij lectio commendat: que
angelum de celis a deo missum narrat
ad uirginem. ut nouam in carne
natiuitatem filij dei predicaret: p[er]
quam nos abiecta uetustate noxia
renouari atq[ue] inter filios di[ei] computa-
ri possimus. Ut ergo ad p[ro]misse salutis
mereamur dona p[er]tingere: primordi-
um ei[us] intenta curemus aure p[er]cipere.
Missus est inquit angelus gabriela
deo in ciuitatem galilee cui nomen
nazareth: ad uirginem desponsata[m]
uirginem desponsatam uiro cui no-
men erat ioseph. Aptum p[ro]fecto hu-
mane restaurationis principium:
ut angelus a deo mitteretur ad uir-
ginem paratam consecrandam diui-
no: quia prima p[er]ditionis huma-
ne fuit causa. cum serpens a diabo-
lo mitteretur ad mulierem spiri-
tu sup[er]bie decipiendam: immo ipse
in serpente diabolus ueniebat:
qui genus humanum deceptis
parentib[us] primis. immortalitati
gloria nudaret. Quia ergo mors
intrauit p[er] feminam: apte redit
et uita p[er] feminam. Illa a ducta dia-
bolo seducta p[er] serpentem uiro gu-
stum necis obtulit: hec edocta a
deo p[er] angelum. mundo auctorem

salutis edidit. **Missus est ergo an-** **l[ic]o 11**
gelus gabriel a deo. **R**aro autem
legimus quia apparentes angeli
hominib[us] designentur ex nomine.
Verum quotienscumq[ue] fit. ideo
utiq[ue] fit: ut etiam nomine ip[s]o
quod ministratur ueniant in si-
nuent. Gabriel namq[ue] fortitu-
do dei dicitur. Et merito tali no-
mine p[re]fulget: qui nascituro
in carne deo testimonium p[ro]hibet:
de quo p[ro]pheta in psalmo. **Domini**
inquit fortis et potens: dominus
potens in p[re]lio. Illo nimirum p[re]-
lio: quo potestates aereas deuel-
tare: et ab earum tyrannide mu-
dum ueniebat eripere. Ad uirgi-
nem desponsatam uiro. cui nome-
n erat ioseph de domo dauid: et nom[en]
uirginis maria. Quod dicitur de
domo dauid: non tantum de ioseph
s[ed] etiam p[er]tinet ad mariam. Legit
namq[ue] erat p[re]ceptum: ut de sua
quisq[ue] tribu ac familia duceret
uxorem: apostolo quoq[ue] attestan-
te qui ad t[im]otheum scribens ait.
Memor esto igitur ih[esu]m xp[istu]m resur-
rexisse a mortuis ex semine dauid:
secundum euangelium meum. Ideo
enim ueraciter ex semine dauid
ortus est dominus: quia incorrup-
ta eius genitrix ueram de stirpe
dauid originem duxit. **Tur autem** **l[ic]o 11**
ipse non de simplici uirgine sed
de desponsata uiro concipi et na-

sci uoluerit: plurime a patribus ra-
tionabiles cause pferunt. Ex quibus
p maxima est. ne uelut stupri rea
dampnaretur: si uirum nō habens
filium pcrearet: deinde etiam ut
in his que domestica cura natura
lter exigebat: puerpera solatio si-
stentaretur uirili. Oportebat er-
go beatam mariam habere uirum:
qui et testis integritatis ei certissi-
mus: et nati ex ea domini ac saluatoris
nostri esset: nutritus fidelissimus: quiq;
et p eo paruulo secundum legem ho-
stias ad templum deferret: et eum in-
stante percussione articulo in egyptum
ferret: ac referret: aliaq; illi
plura que assumpte humanitatis
fragilitas poscebat necessaria mini-
straret. Hec multum obfuit si quis illū
ad tempus eius filium credidit: cū
predicantibus apostolic post ascen-
sionem eius cunctis palam creden-
tibus qd de uirgine natus esset: patu-
erit. Nec pretereundum: qd beata
dei genitrix meritis precipuis eti-
am nomine testimonium reddit. In-
terpretatur enim stella maris. Et
ip̄a quasi sydus eximium inter fluc-
tus seculi labentis: gr̄a priuilegi
specialis refulsit. **I**ngressus au-
tem angelus ad eam dixit. Ave gra-
tia plena dominus tecum: benedic-
ta tu in mulieribus. Que saluatio
quantum humane consuetudini
est inaudita: tantum est beate ma-

rie dignitati congrua. Vere et enim
gracia erat plena: cui diuino mu-
nere collatum est. ut prima inter
feminas gloriosissimum deo uirgi-
nitatis munus offerret. Unde iure
angelico aspectu simul r̄ affatu
meruit pferri: que angelicam stu-
diuit uitam imitari. Vere gr̄a ple-
na erat: cui ipsum p quem gracia
et ueritas facta est. ihm xpm gene-
rare donatum est. Et ideo dominus
uere cum illa erat: quam et prius
nono castitatis amore a terrenis ad
celestia desideranda sustulit: et post-
modum mediante humana natura
omni plenitudine diuinitatis con-
secrauit. Vere benedicta est inter mu-
lieres: que sine exemplo muliebris
conditionis cum decore uirginitatis
gausa est honore parentis: quodq;
uirginem matrem decebat: dei filiū
pcreauit. Que postquam more hu-
mane fragilitatis et uisione ange-
lica et insolita est saluatione tur-
bata: mox idem angelus eam repeti-
to sermone ne timeat hortatur: qdq;
maxime timorem pellere consueuit:
quasi uere cognitam ac domesticam
p̄prio eam nomine uocat. Et quare
gracia plenam diceret: diligenter
edocet. Ne timeas inq; maria: inuenis
hi enī gr̄am apud deum. Ecce cona-
pies in utero et paries filium: et uoca-
bis nomen eius ihm. Hic erit magnus
et filius altissimi uocabitur. **Nota**

Lectio. 4.

^{tu autem}
Lectio. 5.

dus solleret ordo uerbor? et tanto
 arcus cordi inferendus? quanto
 manifeste patet. quia in his tota
 redemptionis nostre summa confi-
 sit. Nam manifestissime dominum
 ihm id est saluatorem nostrum: et ue-
 rum dei patrem et uerum hominis
 matris filium predicat. Ecce inquit
 concipies in utero: et paries filium.
 Agnosce uerum hunc hominem: ue-
 ram de carne uirginis assumpsisse
 substantiam carnis. Hic erit magnus
 et filius altissimi uocabitur. Confi-
 tere eundem etiam uerum deum de
 deo uero: et eterno patri filium semp-
 esse coeternum. *In autem*
Lectio. 6. Quod autem futuro
 tempore dicitur. hic erit magnus
 et filius altissimi uocabitur: nemo
 ita intelligendum putet: quod dominus
 ihc xpc ante partum uirginis non
 fuerit: sicut hoc potius dictum intel-
 ligamus: quia potentiam diuine
 maiestatis quam dei filius eterna-
 liter habuit: hanc idem homo na-
 tus ex tempore acceperit: ut una
 in duabus naturis persona esset medi-
 atoris ac redemptoris nostri. Et da-
 bit illi dominus deus sedem dauid
 patris eius. *Sec.* Sedem dauid. reg-
 num dicit israelitice plebis: quod
 suo tempore dauid iubente pariter et ad-
 iuuante domino. fidei deuotione
 gubernauit. **Dedit ergo dominus** *ro. 7.*
 redemptori nostro sedem dauid pa-
 tris eius: quando hunc de genere

dauid incarnari disposuit: ut po-
 pulum quem dauid temporali im-
 perio rexit: ipse gracia spiritali ad
 eternum prouideret regnum. De quo
 apostolus ait. Qui eruit nos de po-
 testate tenebrar: et transtulit nos
 in regnum filij claritatis sue. hic
 est quod idem apostolus populus di-
 uino ammonitus instinctu: cum
 passurus ille iherosolimam ppe-
 raret: in eius laudem gaudens de-
 cantabat. Benedictus qui uenit in
 nomine domini: rex isrl. Et iuxta
 alium euangelistam. Benedictum
 quod uenit regnum patris nostri
 dauid. Aderat enim tempus: quo
 redempto per eius sanguinem mundo.
 rex agnosceretur: non solum domus
 dauid: sed et totius ecclesie: immo om-
 nium conditor et redemptor seculor.
 Unde recte angelus post quoniam dixit
 et dabit illi dominus deus sedem da-
 uid patris eius: continuo subiunxit.
 Et regnabit in domo iacob in eternum. *In autem*
Lectio. 8. Domum namque iacob ecclesiam dicit
 uniuersam. que per fidem et confessi-
 onem xpi ad patriarcharum pertinet
 sortem: siue in his qui de patriarcharum
 stirpe carnis originem du-
 xerunt: seu in illis qui de aliis nati-
 onibus carnaliter editi: spiritali la-
 uacro sunt in christo renati. In qua
 uidelicet domo regnabit in eternum:
 et regni eius non erit finis. Regnat
 quippe in ea in presenti uita: cum elec-



torum corda p̄ fidem et dilectionem
suam inhabitans regit: atq; ad perci-
pienda superne retributōnis dona.
continua p̄fectōne gubernat. Reg-
nat in futuro: cum eosdem finito sta-
tu temporalis exilij. ad habitatio-
nem patrie celestis introducit: in q̄
presenti eius uisione semp̄ ammoni-
ti: nichil aliud agere quam ei uaca-
re laudib; gaudēt. **D**ixit autē
maria ad angelum. Quomodo fiet
istud: qm̄ uirum n̄ cognosco. Quo-
modo inquit fieri potest ut concepi-
am. pariamq; filium: que in castimo-
nia uirginitatis uitam consummare
disposui. Non autem quasi incredu-
la uerbis angeli. quomodo hec imple-
ri ualeant inquit: s; certa quia o-
portebat impleri. quod et tunc ab
angelo audiebat. et prius p̄pheta
dictum legerat: quo id ordine com-
plendum sit interrogat: quia uide-
licet p̄pheta qui hoc futurum pre-
dixit: quomodo fieri poss; n̄ dixit:
s; angelo dicendum reseruauit. Re-
spondens ergo angelus dixit ei. Spi-
ritus sanctus sup̄ueniet in te: et uir-
tus altissimi obubrabit tē. Ideoq; et
quod nascetur ex te sanctum: uoca-
bitur filius dei. Sup̄ueniens in uir-
ginem spiritus sanctus duob; mo-
dis in ea diuine sue potentie effica-
ciam ostendit: quia et mentē illi⁹
a deo quantum humana fragili-
tas patitur. ab omni uicioꝝ sorde

castigauit: ut celesti ess; digna par-
ti: et in utero illius sanctum ac ue-
nerabile redemptoris nostri corp⁹
sola operatione sui creauit: id est
nullo uirū interueniente attactu.
carnem de carne uirginis sacrosac-
tam de intemerata formauit. Quem
enim prius ap̄te spiritum sanctum
dixit: hunc ipsum denuo uirtutē
altissimi nominauit: iuxta hoc qd̄ do-
minus cum eiusdem spiritus aduentū
discipulis promitteret ait. Et ego mit-
to p̄missum patris mei in uos: uos au-
tem sedete in ciuitate: quoad usq; i-
duramini uirtute ex alto. Obumbra-
uit autem beate dei genitrici uirtus
altissimi: quia spiritus sanctus cor
illius cum impleuit. ab omni estu cō-
cupiscentie carnalis temperauit: et
mundauit a terrenis desideriis: ac
donis celestib; mentem illius simul
consecrauit et corpus. Ideoq; et quod
nascetur ex te inquit sanctum: uoca-
bitur filius dei. Quia de sanctifica-
tione spiritus concipies: sanctū erit
quod gignetur. Congruit concepti-
oni natiuitas: ut que contra hu-
mane conditionis morem uirgo
concupis: supra humane consuetu-
dinis modum dei filium generes.
Omnes quippe homines in iniqui-
tatib; concipimur: et in delictis
nascimur. Quocquod autem do-
nante deo ad uitam preordinati
sumus ad uitam eternam: ex aq̄

et spiritu sancto renascimur. Solus
vero redemptor noster pro nobis in
carnari dignatus mox sanctus na
tus est: quia sine iniquitate concep
tus est. filius dei natus est: quia
operante spiritu sancto de uirgine
conceptus est. Possimus sane in eo
quod dicitur et uirtus altissimi ob
umbrabit tibi: alius quiddam de
sacramento dominice incarnationis
intelligere. Obumbrari enim nobis di
cimus: cum feruente meridiano sole
ut arborescens meridiem: ut aliud quod
libet sibi a celi genus inter nos et so
lem opponimus: quo ardorem eius ut
lucem nobis tolerabilius reddam?
Redemptor igitur noster non immerito
solis luce ut ardore designatur: qui
nos et ueritatis scientia illustrat: et a
more inflamat. Unde ipse per prophetam
dicit. Vobis autem timentibus nomen
meum: orietur sol iusticie. Cuius uide
licet solis radios beata uirgo susce
pit: quando dominum concepit. Sed
idem sol id est diuinitas redempto
ris nostri tegmine se humane natu
re quasi umbraculo quodam obte
xit: qua mediante uirginis eum ui
scera ferre sufficerent. Sic quoque uirtus al
tissimi obumbravit illi: dum diuina
christi potentia et eam presentia liter
impleuit: et ut capi ab illa posset
substantia se nostre fragilitatis ob
uubit. Et ecce elizabeth cognata
quia: et ipsa concepit filium in senec

13.
tute sua. Non quasi incredulam ex
emplis hortatur ad fidem: sed bene
iam credenti que audierat: ampli
ora superne dispensationis miracula
repleat: ut que dominum uirgo
erat paritura: precursorem quoque dominum
de anu ac diu sterili parente: cog
nosceret esse nasciturum. Nec mira
dum quod iuxta hystoriam elizabeth
cognata dicitur marie: cum supe
rius de domo dauid illa de filiabus
aaron orta esse narratur. Legimus
namque quod aaron ipse de tribu iu
da de qua dauid ortus est uxorem
acceperit: uidelicet elizabeth fili
am aminadab sororem naalon
qui fuit dux tribus iuda in deser
to: cum egredierentur ex egypto.
Rursus quoque regnantibus dauid po
steris: legimus quod ioiada potifex
maximus uxorem habuerit de tribu
regali: hoc est iosabech filiam regis
ioram. Ipse est ioiada cuius filium za
chariam uirum eque sanctissimum
lapidauerunt inter templum et al
tare: sicut etiam ipse dominus bea
torum martyrum mentionem ~~facit~~
~~onem~~ faciens in euangelio testatur.
Unde et tribus utraq; hoc est sacer
dotalis et regia: cognatione semper ad
uicem probatur esse coniuncta. Potu
it autem huiusmodi coniunctio et
iam recentiori tempe fieri datis nup
tum feminis de tribu in tribum: ut
manifeste beatam dei genitricem

que de tribu regia descendit cum
tribu sacerdotali cognationem ge-
neris habuisse constaret: quod miste-
ris celestibus aptissime congruit. O-
portebat namque ut apparen-
do mediator dei et hominum de utroque
tribu carnis originem haberet: quia
nimirum ipse in humanitate assump-
ta utramque habiturus personam: et
sacerdotis scilicet et regis. Siquidem
de regia eius potestate qua electis
suis regnum perhenne tribuit: et per
sens sancti euangelii lectio testat:
quia regnabit in domo iacob in-
eternum. et regni eius non erit finis.
Perro de pontificali dignitate illi
in qua pro nostra redemptione hostiam
sive carnis offerre dignatus est. testa-
tur propheta qui ait. Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem mel-
chisedech. Accepta autem tanta gra-
tia: iudeamus beata maria in quan-
ta humilitatis arce persistat. Ecce inquit
ancilla domini: fiat michi secundum
uerbum tuum. Magnam quippe
humilitatis constantiam tenet: quae
ancillam sui conditoris dum mater
eligitur appellat. Beata in mulie-
ribus angelico oraculo predicatur:
incognita adhuc ceteris mortalibus
archana nostre redemptionis edo-
cetur: nec se tamen de singularita-
te meriti excellentioris singulariter
extollit: sed potius sue conditionis
ac diuine dignationis memoriam

nibus: famularum se christi consortio
humiliter adiungit: famulatum
christi deuota quod iubetur impedit:
fiat inquit michi secundum uerbum
tuum. fiat ut spiritus sanctus sup-
ueniens: me celestibus dignam miste-
ris reddat. fiat ut in meo utero filius
dei humane substantie habitum
induat: adque ad redemptionem mun-
di tamquam sponsus suo procedat e
thalamo. Quis uocem mentemque
nos fratres carissimi pro modulo no-
stro sequentes: famulos esse nos christi
in cunctis actibus nostris motibusque re-
colamus: eius semper obsequium omnia
corporis nostri membra mancipemus:
ad eius implendam uoluntatem. to-
tum nostre mentis dirigamus intui-
tum. Sicque perceptis muneribus eius
gracias recte uiuendo reddamus:
ut ad maiora percipienda digni exi-
stere mereamur. Precemur seduli cum
beata dei genitrice. ut fiat nobis se-
cundum uerbum eius: aliud uidelicet
uerbum quo rationem sue incarna-
tionis ipse exponens ait. Sic enim
dilexit deus mundum ut unigenitum
filium suum daret: ut omnis qui cre-
dit in ipsum non pereat: sed habeat
uitam eternam. Hec dubitandum
quia nos de profundis ad se claman-
tes citius exaudire dignabitur: prope
quos nec dum se cognoscentes. ipse
ad profundam hanc conuallem lacri-
marum descendere dignatus est ihc

xp̄istus dominus noster: qui cum pa-
tre uiuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus ꝑ omnia secula seculorū am̄.

**Lectio prima sermo beati
Augustini episcopi de
in carnatione domini.**

legimus sanctum moysen
populo dei precepta dante:
ubi ait. Audi isrl̄. Dominus

deus tuus deus unus est. Non po-
test esse maior n̄ potest esse minor. nō
potest numerari: dicente ꝑpheta da-
uid. Magnus dominus noster mag-
na uirtus eius: et sapientie eius nō
est numerus. Optime nostis ista fra-
tres karissimi: qui corde tenetis forti-
ter catholicam ueritatem. Audite
tamen breuiter: quod adiuuante
domino ꝑposui explanandum. Deus
unus est pater: deus unus est filius:
d̄s unus est spiritus sanctus. Non
tres d̄i: s; unus est d̄s. Tres in uoca-
bulis: unus in deitate substantie.
S; dicit michi hereticus. Ergo si unū
sunt: omnes sunt in carnati. Non ad
solum xp̄m ꝑtinet caro. Hæmpe ali-
ud est anima: aliud ratio: et tamen
in anima est ratio: et una est anima:
s; aliud anima agit aliud ratio. Ani-
ma uiuit: ratio sapit: et ad animā
ꝑtinet uita: et ad rationem ꝑtinet
sapientia. Et cum unum sint: anima
sola uitam: ratio sola suscipit sapiē-
tiam. Et tamen nec anima sine rati-
one: nec ratio sine anima. Sic ꝑ pa-

ter et filius licet unum sint: et unus
deus sit: ad xp̄m tamen solum ꝑti-
net caro: sicut ad solam rationem ꝑti-
net sapientia: licet non recedat ab
anima. **Ecce aliud. In sole calor et sp̄s** **10 11**
doe in uno radio sunt: s; calor exsic-
cat: splendor illuminat. Aliud susci-
pit calor: aliud splendor: et licet ca-
lor et splendor ab inuicem n̄ queant
separari: suscipit splendor illumina-
tionem n̄ feruorem: suscipit calor
feruorem n̄ illuminationem. Aliud
simul: aliud singulariter agunt: et
tamen ab inuicem non separantur.
Sic et filius suscepit carnem: et nō de-
seruit patrem: nec se diuisit a patre.
Suscepit inquam filius carnem im-
propriate: et tamen pater et spiritus
sanctus non defuit maiestate. In di-
uinitate equalitas: in carne sola
filij ꝑprietas: non autem ab eo patris
aut sp̄s sc̄i recessit aliquando diui-
nitas. Cum ergo una sit deitas: una
diuinitas: impleuit quidem carnem
xp̄i et pater et sp̄s sanctus: s; maiesta-
te non susceptione. Vis scire quia cū
eo fuit et pater? Non solus sum inq̄t
dominus xp̄istus: s; pater mecum est.
Audi et de spiritu sancto: quia cū
eo erat. In angelista refert: quia
ih̄c plenus spiritu sancto regressus
est a iordane. Ecce quomodo ih̄c xp̄e
carnem suscepit: et tamen spiritus
sanctus non defuit maiestate. Si ce-
lum et terram implet pater: implet

conseru
nulatione
re impo
am uerū
netus sup
nam mite
o uerū
habitu
vōm un
o pōre
mentem q
odulo no
s esse nos
monly que
quis omni
mepōis:
errem. m
tus unū
nōy ois
ed d̄m
dignū
re d̄m
nt nobis
ud uocū
e in cerna
Sic enim
unigenitū
us qui cre
sed habeat
mandam
se clamā
vōm: ꝑ
ntes: ꝑ
mem tace
tus est ih̄c

spiritus sanctus: carnem christi deserere non potuerunt. quando in diuinitatis unitate manserunt. Adhuc cytharam respice. Ut enim musicum melos solus dulcibus reddat. tria pariter adesse uidentur: ars manus. et corda: et tamen unus audit sonus. Ars dicitur: manus tangit: corda resonat. Tria pariter operantur: sed sola corda resonat quod auditur.

Lectio 3.
tu
Nec ars nec manus sonum reddunt: sed ea cum corda pariter operantur. Sic nec pater nec spiritus sanctus susceperunt carnem: et tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola corda exercit. carnem solus christus suscepit. Operatio in tribus constat: sed quomodo pertinet ad solam cordam soni redditio: sic pertinet ad solum christum carnis humane ~~receptio~~ susceptio. Contra iudeus. Contra naturam inquit uirgo maria parere non potuit. Et detestandus manicheus. Si caro erat uirgo esse non potuit. Si uirgo peperit: fantasma fuit. Vtriusque respondendum est. Profero de historia ueteris testamenti necessarium exemplum contra iudeum: quod sonuit in auribus nostris manifestissimam ueritatem. Dominus moysi sancto precepit: de singulis tribus uirgas afferri. Aulate sunt duodecim uirge: inter quas erat una que aaron fuerat sacerdotis. Posite sunt a sancto moysi in tabernaculo testimonij. Virga autem aaron post alterum diem inuenitur produxisse

flores et frondes: et peperisse nuce. Delectat hoc misterium cum caritate uestra contra perfidiam in deorum differere: ubi maxima interuenit figura sacramenti. Virga enim protulit quod ante non habuit: si radicata plantatione nec defossa sarculo: non animata succo: nec fecundata seminario. Et tamen cum illi deessent uniuersa iura nature: protulit uirga quod nec semine suggeri potuit nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuce adducere: uirgo non potuit contra nature iura dei filium generare. Dicat igitur in iudeus incredulus quomodo arida uirga floruit et fronduit et nuce protulit: et ego dicam ei quomodo uirgo concepit et peperit. Sed percerto iudeus nec conceptum uirge poterit explicare: nec ego uirginis partum. Veniat ad ecclesiam: exponatur ei: ut cognoscat uerum ordinem naturalis officij. Virgo pregit tempora patienti: uirga autem non habuit tempora germinandi. Illa detulsit nouem mensibus peperit: uirga autem alia die quod natura non habuit germinauit. Uirgine dicit iudeus: parere natura non patitur. Sed deus qui mirabile contra naturam sicut in numeris legitur signum ostendit ut asina loqueretur: ipse mirabilius facere uoluit ut christus de uirgine nasceretur. Audiat et

dicente

quem ter negauerat timendo. Dicit
tumoyfes legis iator: dux populi is-
rahel. testimonium xpo. Prophetam
uobis exstabit ds de fratrib; uestris.
Omnis anima que non audierit pro-
phetam illum: exterminabitur de
populo suo. Prophetam autem dictum
xpm: ipsum audi in euangelio xpm.
Non est inquit ppheta nisi sine hono-
re in patria sua. Accedat dauid scs
testis fidelis ex cuius semine pcessit
ipse cui lex et pphete testimonium do-
cunt: dicat et ipse de xpisto. Adorabit
inquit eum omnes reges terre: omnes
gentes seruient ei. Cui seruient: Dic
cui seruient. Vis audire cui: Dixit do-
minus domino meo. sede adextris me-
is: donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum: Et expressius ac-
q; nominatum. Quare inquit tumultu-
ate sunt gentes: et populi medita-
ti sunt inania. Absterunt reges ter-
re et principes conuenerunt in unum
aduersus dominum et aduersus xpm
eius. Accedat et alius testis. Dic et tu
abacuc ppheta testimonium de xpisto.
Domine inquit audiui auditum tuum
et timui: considerauit opera tua
et expaui. Que opera dei confidetur
iste miratus expaui: Numquid
fabricam mundi iste miratus expaui:
Absit. S; audi quid expaui. In medio
inquit diuum animalium cognosce-
ris. Opera tua deus: uerbum ca-
ro factum. In medio diuum ani-

malium cognosceris. Qui quousq; des-
cendisti: expauescere me fecisti. Ver-
bum p quod facta sunt omnia: in pre-
sepe iacuisti. Agnouit vos possessore
suum: et asinus presepe domini sui.
In medio diuum animalium cognosce-
ris. Quid est in medio diuum anima-
lium cognosceris: nisi aut in medio
duoꝝ testamentoz. Aut in medio du-
orum latronum. Aut in medio moysi
et helie cum eo in monte sermocina-
tium. Ambulauit inquit uerbum
et exiit in campis: uerbum caro fac-
tum est et habitauit in nobis. Hoc
et iheremias ait. Post hec in terris ui-
sus est: et cum hominib; conuersat e.
Ecce quemadmodum sibi conueni-
unt testes ueritatis: ecce quemadmo-
dum conuincunt filios falsitatis.
Sufficiunt uobis ista. **iii. lect.**
O uidei: an adhuc ad uestram co-
fusionem ex lege et ex gente uestra
alios introducemus testes. ut illi testi-
monium phibeant cui pdita mente
insultantes dicebatis: tu de te ipso te-
stimonium phibes testimonium tuum
non est uerum. Quod si uelim ex lege
et ex pphetis omnia que de xpo scrip-
ta sunt colligere: facilius me tempus
qm copia deseret. Verum tamen sen-
illum ex gente uestra natum. s; in er-
rore uestro non relictum: symeonem
sanctum in medio introducemus: q; me-
uit teneri decrepitus in hac luce. quo-
usq; uideret ueram lucem. Que qdē

iam etas compellebat ire: s; expecta-
bat suscipere quem sciebat uenire.
Cum iste senex admonitus esset a spi-
ritu sancto qd non ante moreretur
qm uideret xpm dei natum: quem
cognoscens prexit ad templum. Vbi
uero eum portari matris manibus
uidit: et diuinam infantiam pia
senectus agnouit: tulit infantem
in manibus suis. Iste quidem xpm fere-
bat: s; xpc senem regebat. Regebat
qui portabatur: ne ille ante pmis-
sum a corpore solueretur. Quid tam
dixerit: quem tamen confessus fue-
rit: aduertite inimici n xpi s; uestri.
Benedicens deum exclamauit senex
ille et dixit. Hunc dimittis seruum
tuum domine scdm uerbum tuum in
pace: quia uiderunt oculi mei saluta-
re tuum. Illi etiam parentes iohannis
Zacharias et elyzabeth uenies steri-
les: in senecta fecundi: dicant etiam
ipsi testimonium xpo: dicant de xpo
quid sentiant: et testem ydoneum
xpo nutriant. Auiunt enim suo par-
uulo nato. Tu puer ppheta altissi-
mi uocaberis: precibus enim ante fa-
ciem domini parare uias eius. Ipsi
q; matri et uirgini elyzabeth ait. Un-
de hoc michi ut ueniat mater dñi
mei ad me: ecce enim ut facta e uox
salutationis tue in auribus meis: ex-
ultauit in gaudio infans in utero
meo. Intelligens enim iohannes
matrem domini sui uenisse ad sua

matre: adhuc inter ipas angustias
uteri positus: motu salutauit quem
uoce non poterat. Qui postea ipse io-
hannes precursor et amicus humil-
ac fidelissimus seruus: testis ydone-
us effectus est: tanto maior innatis
mulierum: quanto estimatus est esse
quod non erat. Xpm enim eum esse
iudei credebant: s; ille non esse se cla-
mabat dicens. Quem me suspicami-
ni esse n sum ego: s; ecce uenit post me
cuius pedibus pcumbens n sum dig-
nus soluere corrigiam calciamenti
eius. O fidelis testis et amice ueri
sponsi: quantum te humiliasses. si
ad corrigiam calciamenti eius solu-
dam dignum te esse dixisses. S; dum
hoc non te dignum dicit: iudeis fal-
sis testibus contradicit. Et hec ate-
dicta sunt: ante qm xpm uideres.
Qui cum ad te uenit excelsus: humi-
lis implende dispensationis sue gra-
uitate baptizaretur qui nullum ha-
bebat peccatum: quid responderis.
quem cognoueris: quale ptuleris
testimonium: audiant inimici quod
audire nolunt. Ecce inquit agn-
dei: ecce qui tollit peccata mundi.
Et adiecit. Tu ad me uenis baptiza-
ri: Ego debeo a te baptizari. Agno-
uit seruus dominum: agnouit uin-
culus originalis peccati obligatus:
ab omni nexu peccati liberum. Ag-
nouit preco iudicem: agno-
uit creatura creatorem: agno-

uit paramymphus sponsum. Nā
et hec uox iohannis est. Qui ha
bet sponsam sponsum est. Amicus
autem sponsi stat et audit eum:
et gaudio gaudet propter uo
cem sponsi. Sufficiunt uobis ista
o iudei: Sufficiunt uobis tanti
testes ex lege uestra. et ex gente ue
stra: an adhuc impudentia nimia
audebitis dicere qđ alterius gen
tis. uel nationis homines. xpo de
berent testimonium phibere? S;
si hoc dicitis: responder quidem
ille uobis. Non sum missus. nisi
ad oues que perierunt domus isrl.
S; sicut uos in actib; apostolor; in
crepat paulus. uobis primū opor
tebat annuntiare regnum dei: s;
quia expulistis illud. nec uos dig
nos uite eterne iudicastis. ecce in
quit conuertimus nos ad gentes:
demonstremus nos ex gentib; testi
monium xpo fuisse platum: qm
ueritas non tacuit clamando. et
am pinguas inimicor; suor;. Non
ne quando ille poeta facundissim;
inter sua carmina. En noua pge
nies. celo mittetur ab alto. dicebat:
xpo testimonium phibebat. Indu
bium hoc ueniet: nisi alios ex ge
tib; ydoneos testes. plura q; dice
tes in medium introducam. Illum
regem qui uiam supbiam captiuā
do pdomuit. nabuchodonosor re
gem. scilicet babylonis n̄ pretermit

16.
tam. Dic nabuchodonosor quid in
fornace quo tres uiros iustos iu
ste miseris: dic dic quid t̄ fuerit
reuelatum. Nonne inquit tres ui
ros misimus in fornace ligatos: fr
auit illi. Vere rex. Ecce inquit e
go iudeo quatuor uiros solutos
in medio ignis ambulantes. 7 cor
ruptio nulla est in eis: et aspectū
quarti similis est filio di. O alieni
genā unde t̄ hoc? Quis t̄ annun
tiauit filium di? Que lex? Quis
pheta annuntiauit filium dei?
Nondum quidem mundo nascitur:
et similitudo nascentis a te cogno
scitur. Unde t̄ hoc? Quis t̄ istud
annuntiauit: nisi quia sic te di
uinus ignis intus illuminauit. ut
cum illic apud te captiuū teneren
tur inimici iudei. sic diceres testi
monium filio dei? S; quia in ore
duorum ul' trium testium stat om
ne uerbum: sicut ip̄e dominus
uestram contumaciam confutās.
in lege inquit uestra scriptum ē.
qđ duorum hominum testimoni
um uerum sit: etiam ex gentibus
tercius testis introducatur: ut te
stimonium ueritatis ex omi
parte roboretur. Quid sibilla uan
tinando etiam de xpo clamauerit t̄
medium pferamus: ut ex uno lapi
de utrorumq; frontes pcutiantur?
iudeor; scilicet atq; paganor;: atq;
suo gladio sicut goliath xpi omnes

partiantur inimici. Audite quid di-
xerit. Iudicii signum: tellus sudo-
re madescit. Caelo rex adueniet.
p̄ secula futurus: scilicet in carne
presens. ut iudicet orbem. Unde
deum cernent: incredulus atq;
fidelis. Celsum cum sanctis: eui-
iam termino in ip̄o. Sic anime cū
carne aderunt: quas iudicat ip̄e.
Cum iacet incultus densis in ue-
p̄rib; orbis: reicient simulachra
uiri. cunctam quoq; gazam. Curret
terras ignis: pontum q; polum q;.
Inquirens terrā: portas confrāget
auerū. Sanctorum s; enim cuncte
lux. libera carni. Tradetur: fontes
eterna flamma cremabit. Occul-
actus tēregens tunc quisq; loque-
tur: secreta: atq; deus reserabit pec-
tora iuci. Tunc erit et luctus: stride-
bunt dentibus omnes. Eripitur so-
lus iubar: et chous interit astris.
Vometur celum: lunaris splendor
obibit. Deiciet colles: ualles extol-
let ab imo. Non erit in reb; hominū:
sublime ut̄ altum. Jam equantur cā-
pis montes: et cerula ponti. Omnia
cessabunt: tellus contracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur: flu-
mina q; igni. Et tuba cum sonitu
tristem demitter ab alto. Orbe: ge-
mens facinus miserum uarios q;
labores. Tartareum q; chaos. mon-
strabit terra dante dehi. scens. Et
coram hoc domino: reges sustentur

ad unum. Recidet eccelis: ignis q;
et sulphuris amnis. hec de xp̄isti
natiuitate. passione. et resurrectio-
ne. atq; secundo eius aduentu ita
dicta sunt: ut si quis in greco ca-
pita horum uersuum discernere
uoluerit: inueniet ih̄c xp̄c̄ yos-
thet. sother. quod et in latinum trā-
latis eisdem uersib; apparet: preter
quod grecarū litterarum pp̄rietas.
non a deo potuit obseruari. Credo
iam uos o inimici iudei. tantis tel-
tib; ita obrutos confutatos q; esse
ipsa ueritate: ut nichil ultra repug-
nare. nichil querere debeatis. *fr̄. vi.*

Et. sc̄i euanḡlii sc̄dm lucam

In illo tempore. Surgens maria a
bit in montana cum festinatione
in ciuitatem iuda: et intrauit in
domū zacharie. et salutauit eli-
zabet. Et reliqua. *o. l. e. ve. ve.*

Lectō quam audi *presbiteri.*
nimus sancti euangeliū fratres
karissimi. et redemptionis nostre
nobis semper ueneranda primor-
dia predicat: et salutaria semp̄
imitande humilitatis remedia cō-
mendat. Nam quia peste sup̄bie
attractum genus humanum peri-
erat: decebat ut medicamentum
humilitatis quo sanaretur. p̄ma
mox incipientis salutis tempora
pretenderent. Et quia p̄ temerita-
tem seducte mulieris mors ī mun-
dum introierat: congruum fuit

l. 3. v.

*In die vi.
Sitationis
in dominica
et in octa*

17.
ut in iudicium uite reuertentis mu-
ueres se deuote humilitatis inuice
ac pietatis preuenirent obsequis.
Prior ergo nobis beata dei genitrix
ad sublimitatem patrie celestis iter
ostendit humilitatis non minus
religionis quam castitatis exēplo
uenerabilis. Siquidem glā uirgi-
nei et intemerati corporis qualis
sit uita supne ciuitatis. ad quam
suspiramus insinuat: ubi neq; nu-
bent neq; nubentur: s; sunt sicut
angeli dei in celis: atq; uirtute me-
tis eximia qua ad hanc ptingere
debeamus indicat. Namq; sicut pre-
cedente sancti euangeli lectio cog-
nouimus: post quam angelica ui-
sione et allocutione meruit sublima-
ri: post qm se celesti onustandam
partu didicit: non se de donis ce-
lestib; quasi essent a se extulit: s;
ut magis magisq; donis ess; apta
diuinis in custodiam humilitati
gressum fixit mentis: ita euangeli-
zanti sibi archangelo respondens.
Ecce ancilla domini: fiat in scdm
uermum tuum. ^{Et uero} ut uero ex hodie-
na lectioe audiui mus: eandem q;
angelo exhibuerat humilitatem:
hominib; quoq; curauit exhibere
et quod maioris ē uirtutis hoc etiā
minorib; . Quis enim nesciat uir-
ginem dō consecratam: muliere dō
dedita gradum habere potorem:
Quis dubitet matrem regis eterni:

iure matris militis eē preferendā.
Attamen ipa memor scripture pre-
cipientis. quanto magnus es hu-
milia te in omnib;: mox ut ange-
lus qui loquebatur ei ad celestia
rediit: surgit ac montana conscē-
dit: gestans q; in utero deum ser-
uorum dī habitacula petit: ac re-
quirit alloquia. ^{Et apte post uisio-} ^{ne} ^{angel}
nem angeli in montana subit. que
gustata suauitate supnorum ciuū.
humilitatis se gressib; ad uirtutū al-
ta transtulit. Intrat ergo domū za-
charie atq; elyzabeth quam seruam
ac precursorem domini parturā no-
ueat salutat: n̄ quasi dubia de o-
raculo quod acceperat: s; ut con-
gratulatura de dono quod conser-
uam accepisse didicerat: non ut
uerbum angeli mulieris attestati-
one p̄bare: s; ut mulieri p̄uete-
etatis. uirgo iuuenula ministeriū
sedula impenderet. Ut autem audi-
uit salutationem marie elyzabeth.
exultauit infans in utero eius: re-
pleta est spū scō elyzabeth. ^{q; ei} ^{apert}
Aperi- ^{ente} ^{os} ^{beata} ^{maria} ^{ad} ^{salutandū}
repleta est mox spū scō elyzabeth.
repletus est et iohannes: atq; uno
eodem q; spū ambo edocti. Illa salu-
tationem que est; agnouit. et ut ma-
trem domini sui debita cum bene-
dictione uenerata est: ille ipm eē
dominum qui utero uirginis por-
taretur intellexit. Et quia lingua

lō xii In aduentu lco i

De uisitatione 2Beate uirg. p. q. a. r.

lō xii In aduentu lco i

lō xii In aduentu lco i

elisabeth.

nec dum ualuit. animo exultante
salutauit. officium q̄ sue precu-
sionis qm̄ libenter quā deuote in-
uenis est. impleturus. ante quam
nasceretur. aduenienti domino
quibz ualebat iudicis firmavit.
Ad erat nāq; temp̄ q̄ implet̄ angeli
sermo q̄ dixerat qā spū scō replebit̄
adhuc ex utro matris sue. Repleta ē
ḡ spū scō elysabeth. et exclamauit
uoce magna. Recte uoce magna. qā
magna di dona cognouit. Recte
uoce magna. quia illum quem
ubiq; presentem nouerat. etiam
corpali ter adesse sentiebat. Mag-
na et enim uoce. nō tam clamosa
qm̄ deuota intelligendum ē. Neq;
modice uocis deuotione dominū
laudare ualebat. que spū scō
plena flagrabat. que et illum ī
utero gestabat. quo innatis mul-
erum nemo maior ē. et eum adue-
nisse gaudebat. qui conceptus ex
carne matris uirginis. filius altis-
simi uocaretur et est. **Exclamauit**
autem et dixit. Benedicta tu inter
mulieres. et bñdictus fructus
uentris tui. Non solum bñdicta
inter mulieres bñdictas. s; maio-
ri benedictōne specialiter insignis.
Benedictus fructus uentris tui.
Hec ip̄e generali scōz more bene-
dictus. s; sicut apostolus ait. **Qz**
patres et ex quibz xpc̄ secundum
carnem. qui est sup̄ omnia bñdict̄.

ds̄ in secula. De huius ortu fructus.
psalmista musico sermone testat̄
dicens. Et enim dominus dabit be-
nignitatem. et terra nostra da-
bit fructum suum. Dedit quippe
dominus benignitatem. quia ge-
nus humanum a reatu preuarica-
tionis. p̄ unigenitum suum libe-
rare disposuit. Dedit benignita-
tem. quia in eius ingressu uirgi-
nalis uteri templum sp̄ sc̄i gr̄a
consecrauit. **Et terra nostra de-**
dit fructum suum. quia eadē in-
tergo que de terra corpus habuerat
filium genuit. diuinitate quide-
m patris coequalem. s; sibi carnis
ueritate consubstantialem. De hoc
et ysaias. temp̄ humane redemp-
tionis intuens ait. In illa die erit
germen domini in magnificen-
tia et in gloria. et fructus terre
sublimis. Germen nāq; domini
fuit in magnificencia et gloria.
cum sempiternus dei filius ī car-
ne temporaliter apparens. mag-
nitudine uirtutum celestium
mundo clarus effulsit. fructus
quoq; terre sublimis effectus ē.
quando carnem quam de nostra
natura mortalem ds̄ susceperat.
uirtute resurrectionis immorta-
lem iam redditam. ad celos sub-
leuauit. **Recte ergo dicitur. Be-**
nedita tu inter mulieres. et be-
neditus fructus uentris tui. Be-

leo sc̄da

leo sc̄da

eni

Aduentu

leo sc̄da

leo sc̄da

leo sc̄da

nedicta est enim incomparabiliter. ^{q. 2} ^{ad} ^{dm} ^{gn} ^{ms} ^{sus} ^{cep} ^{it} ^{gl} ^{ori} ^{am} ^{et} ^{co} ^{ro} ^{na} ^m ⁱⁿ ^{te} ^{gr} ^{ita} ^{tis} ^{se} ^{ru} ^{au} ^{it}. Be
 nedicta tu inter mulieres: p cuius
 partum uirgineum a natif muli
 erum maledictio prime matris
 excluda est. Benedictus fructus
 uentris illius: p quem et semen
 incorruptionis. et supne heredi
 tatis quam pdidimus in adam
 fructum recepimus. ^{Et uere ac sin}
 gulariter benedictus qui no nostro
 more post quam natus est gracia
 a domino bndictionis accepit: sed
 ipe ad saluandum mundum bene
 dictus uenit in nomine dñi. Et un
 de hoc michi: ut ueniat mater do
 mini mei ad me. O quanta in pph
 ete mente humilitas: quam uer
 sermo domini quem dixit. sup que
 requiescet spe meus. nisi sup humi
 lem et quietum et trementem uer
 ba mea. ^{Matrem quidem domini}
 que ad se uenerat mox ut uidit
 esse cognouit: s nichil in se talis
 meriti reperiens. quo digna fieret
 a tanta hospite uisitari. unde
 hoc michi inquit. ut ueniat ma
 ter domini mei ad me. Quia nimi
 rum ipe spe qui ei pphete donum
 contulit: minus pariter humilita
 tis prestitt. Ppheticam namq; reple
 ta spiritu genitricem ad se aduen
 tasse saluatoris intelligit: s humi
 litatis spiritui circumseptam. minus

dignam se eius aduentu dephedit. ^{Et uere}
Ecce enim ut facta e uox ^{le. u.}
 saluationis tue i auribus mat:
 exultauit in gaudio infans i utero
 meo. Intellexit elizabech eodem q
 impleta erat spiritu reuelante. quid
 illa exultatio sui significass; infan
 tis: hoc est illius uenisse matre cui
 ipe precursor ac demonstrator est; fu
 turus. Et quam miranda: qua citta
 set spe operato. Nulla quippe in disce
 do mora e. ubi spe ses doctor ad est. In
 uno eodem q; momento. cum uoce sa
 lutantis gaudium nascitur infantis:
 quia dum uox ad aures puenit cor
 porales. uirtus spiritalis cor itrauit
 audientis. Nec solum genitricem:
 s et sobolem amore domini aduen
 entis accendit. Unde mox eadem
 precursoris genitrix ea que in oc
 culto cognouerat: his qui simul a
 derant et audiebant palam euan
 gelizare curauit. Nam subdit. Et be
 ata que credidit: qm pficietur
 ea que dicta sut ei a domino. ^{Et uere}
 et hoc quoq; p spiritum sanctum
 didicit. elizabech. que angelus ad
 mariam uerba ptilerat: qd illa mox
 euangelizati crediderit: qd hec diui
 na operante potentia. absq; ulla
 essent dubietate complenda. Mun
 q; in modum idem spe eam cu imple
 uit. presentium simul preteritoru
 q; et futuroz scientia instruxit. De
 presentib; naq; se edoctam mon

le. viij

le. lxviii

le. lxxviii

finis

Ev. Ex. g. 28
mat. 12. q. 1. super. 9

le. lxxviii

stravit: cum beatam mariam ma-
trem domini sui uocans qua redemp-
torem humani generis in utero ge-
staret indicauit: unde etiam fruc-
tum uentris eius singulariter be-
nedictum esse professus est. Preterito-
rum se noticiam accepisse signauit:
que et uerba angeli ad mariam: et
consensum marie credentis sibi in-
notuisse perdidit. Sed et futurorum sci-
entiam sibi non negatam intima-
uit: cum proficienda a domino que
ei dicta essent aperuit. Quis autem
fratres mei dicere. quid estimare
sufficiat. que tunc gracia spiritus dei ge-
nitricem repleuerit: cum tanta in
matre precursoris lux doni celestis
emittit. Verumtamen audiamus
uerba que dixit: si forte ex his uale-
amus aliquantulum dinoscere quod
intus habuerit. Audita ergo respo-
sione elizabech qua eam beatam in-
ter mulieres predicauit: matrem do-
mini sui cognominauit: fide forte
laudauit: ad cuius ingressum se
ipsam cum filio spiritus sancti repletam esse
signauit: non amplius tacere potuit
dona que preceperat: sed que semper ani-
mo gerebat: ubi aptum locum tue-
nit etiam deuota oris professione pate-
fecit. Namque ut uirginalem decebat
pudorem. acceptum diuinitus ora-
culum aliquandiu silentio tegebat:
archanum misterij celestis in sinu pec-
toris abscondito uenerabatur occultum.

expectabat reuerenter donec ipse
donorum distributor. quid sibi doni
specialis tribuisset. qui secreta reuelat
set. quando cumque uellet ostenderet.
At postquam eadem que sibi erant ka-
rissimata prestita. per alios spiritui re-
uelante. esse patefacta cernebat:
mox etiam ipsa thesaurum celi quem in
corde seruabat aperuit. Sic ergo. Mag-
nificat anima mea dominum: et ex-
ultauit spiritus meus in deo salutari
meo: et cetera. Quibus primo dona si-
bi specialiter concessa confitetur:
deinde generalia dei beneficia. quibus
generi humano in eternum consue-
re non desistit enumerat. Cuius autem
anima dominum magnificat: quod om-
nes interioris hominis sui affectus
diuinis laudibus ac seruicij manci-
pat: qui per obseruantiam precepto-
rum dei. semper eius potentiam maie-
statis. se cogitare demonstrat. Cuius
spiritus in deo salutari suo exultat: quem
nil in terrenis liber: nulla caducarum
rerum affluentia emollit. et nulla
aduersitas frangit: sed sola illius a
quo salus speratur eterna. sui condi-
toris memoria delectat. Que cum om-
nibus profectis uerba conueniant: ma-
xime tamen. ea beatam mariam dei
genitricem preferre decebat: que me-
riti privilegio singularis speciali
ipsius dilectione flagrabat: cuius
corpali conceptione gaudebat. Que
iure in ihu. id est saluatori suo speci-

17.
Dnica i fca octaz ipe l.
legant. Lectio prima

l. ij.

l. ij.

l. iij.

ali pre ceteris sanctis gaudio potu
 it exultare: quia quem perpetuum sa
 luttis auctorem nouerat: huc ipsu
 temporali ortu de sua carne nascitu
 rum ee sciebat: quatinus in una eade
 q; psona ueraciter et suus filius est
 et dominus. **Que** sequentibus quoq; **lc. v.**
 uerbis qm uilia de se ipsa senserat ed
 cer: et quod omne quicquid boni me
 rita habuit. hoc supra gracia largi
 ente pcepto dicens. Quia respexit
 humilitatem ancille sue: ecce enim ex
 hoc beatam me dicent omnes gene
 rationes. humilem quippe xpi an
 cillam suo iudicio se fuisse demonstrat:
 s; respectu se gracia celestis repente
 sublimata pnuntiat: atq; in tan
 tum glorificatam. ut sua beattitu
 do precipua merito cunctarum gen
 tium uoce miretur. **Ad**dit etia ad **lc. vj.**
 huc diuine pietatis munera. que
 mirabiliter accepit. digna gracia
 actione collaudans. Quia fecit mi
 chi magna qui potens est: et sanctu
 nomen eius. Nil ergo suis meritis tri
 buit: que totam suam magnitudine
 ad illius donum refert: qui essentialit
 potens et magnus existens: fideles
 suos de paruis atq; infirmis fortes
 facere consuevit et magnos. **Bene** **lc. vij.**
 autem addidit et sanctum nome et
 ut ammoneret audientes. immo om
 nes ad quos eius uerba puenirent i
 strueret ad fidem: et inuocationem ei
 dem nominis aduolare: quatinus

et ipsi sanctitatis eterne. ac salutis ue
 re possent esse participes: iuxta illud
 pphetiam. Et erit omnis quicumq;
 inuocauerit nomen domini saluus
 erit. Ipsum est enim nomen: de quo
 supra ait. Exultauit sps meus: i do
 saluari meo. Vnde adhuc ap eius
 addidit. Et misericordia eius in pro
 genes et pgenes: timentibus eum.
 Progenes autem et pgenes. uel
 utriusq; populi iudei scilicet et gen
 tilis appellat: uel certe omniu por
 tem nationum. quas in xpo creditu
 ras ee preuidebat: quia sicut petr
 ait. non e psonarum acceptor deus:
 s; in omni gente qui timet eum. et ope
 ratur iusticiam acceptus est illi. **lc. viij.**
 cinic autem his beate marie uerbis ip
 sius domini sermo: quo no tantum
 matre que se corporaliter generare
 meruit: s; et omnes qui sua pcepta
 seruarent pnuntiauit ee beatos. Cu
 enim docente illo populum quoda
 loco et miracula faciente. omnes
 eius sapientiam ac uirtutes mira
 rentur: extollens uocem quedam
 mulier de turba dixit illi. Beatus
 uenter qui te portauit: et ubera
 que suxisti. At ille testimonium
 ueritati platum libenter accipi
 ens: continuo respondit. Beati q
 audiunt uerbum dei. et custodiunt
 illud: ut ipa quoq; mulier. immo
 uniuersi qui audiebant se beatos
 fore considerent: si diuinis uellet

lc. viij. s

obtemperare mandatis. Ac si aperte
dicat. Quamuis singulare primum
legum beatitudinis habeat. que
filium dei incarnatum. uirgo in utero
gestare. parere ac nutrire digna
est. precipuum tamen in eadem uita
specie beatitudinis locum. et ipsi sunt
habitu. qui eius fidem ac dilectio
nem casto in corpore concipiunt. qui
sedula in mente preceptorum eius me
moriam portant. qui hanc et in men
te primorum sollemn exhortatione
nutrire satagunt. **lc. iiii.**

Lectio prima.

Quia uenerabilis dei genitrix mi
sericordiam eius omnibus per orbem
qui eum timerent affuturam esse per
docuit. restat ut etiam superbi et con
tempnentes merita monita ueri
tatis quid mereantur insinuet. fecit
inquit potentiam in brachio suo.
dispexit superbos mente cordis sui. In
brachio suo. iudicacionem proprie uir
tutis significat. Non enim alie
no ad operandum indiget auxi
lio. cui sicut scriptum est. subest cum
uoluerit posse. Quod ad distincti
onem nostre bone operationis dicitur.
qui non in nostre uiribus libertatis.
sed in deo facimus uirtutem. et sicut
alias scriptum est. et brachium eorum
non saluabit eos. sed dextera tua et
brachium tuum et illuminatio uul
tus tui. Dispexit autem superbos men
te cordis sui. quia initium omnis
peccati superbia. ob cuius meritum

domini genus humanum a stabili
habitatione patrie celestis eiciens. in
huius peregrinatione exilij longe late
que dispulit. sed et his qui in peccatis per
durare non timent. grauiorem future
dispensionis uindictam reseruauit.

lc. ii. Deposuit potentes de sede. Eisdem po
tentes appellat quos ante dixerat
superbos. qui ideo nimirum superbiuo
cantur. quia supra mensuram se sue
conditionis extollunt. Potentes autem
non quia uere potentes sunt. sed quia
confidentes in uirtute sua condito
ris adiutorium querere detrectant.
Illi autem uere potentes sunt. qui di
cere cum apostolo non uentur. Omnia
possumus in eo qui nos confortat. do
mino ihesu christo. De qualibus scriptum est.
Deus potentes non abiicit. cum eripe
re potens. Deposuit ergo potentes de
sede et exaltauit humiles. quia omnis
qui se exaltat humiliabitur. et qui
se humiliat exaltabitur. Quibus
etiam ita recte possit intelligi. quod non
numquam illi ipsi. qui merito sue
elationis a domino fuerant deiec
ti. denuo miserante illo ad humili
tatis gratiam redeant. sic quia meri
to deuote humilitatis erigantur ad
gloriam. Denique saulus ob superbia
de fide doctrine legalis depositus est.
sed mox ob humilitatis subiectionem
ad euangelizandam christi fide leua
tus. Surrerentes impleuit bonis. et
diuites dimisit inanes. quia qui

lc. iiii.

eterna bona perfecte nunc esurunt;
 atq; ad appetenda infatigabili ope-
 rum iustoz. instancia certare nō de-
 sistunt; faciuntur itaq; cum sui
 redemptoris gloria quam desidera-
 bant apparuerit. At quicumq; cele-
 stib; diuicijs terrenas preponere
 gaudent; hij nimirum tempore
 ultime discretionis inanes tocius
 beatitudinis dimituntur adomi-
 no: ideo q; cum diabolo p̄henis mi-
 serie pena plectuntur. Quod etiam
 in hac uita ex parte n̄ minima uide-
 mus impleri: ut et humiles uideli-
 cet sup̄ne bonitatis alimonis re-
 pleantur. uirtutum q; celestium lar-
 gitate ditescant: et qui uel de opib;
 se bonorum operum quasi p̄ se se-
 bec habeant extollunt: intus a lu-
 mine ueritatis manescunt. Singul
 autem his uersiculis quos de diuer-
 so sup̄borum atq; humilium statu
 beata maria p̄tulit: ad iungendum
 est quod premisit in p̄genies et p̄ge-
 nies: quia nimirum p̄ om̄e labētis
 seculi tempus creator iustus ac mi-
 sericors et sup̄bis resistere: et humili-
 bus dare gratiam consueuit. Vnde
 bene post generalem diuine pieta-
 tis et iusticie commemorationem;
 ac specialem noue incarnationis
 dispensationem. qua mundum re-
 dimere d̄s dignatus ē: confessionis
 sue uerba conuertit dicens Suscep̄
 isrl̄ puerum suum: memorari mise-

l. iij.

sericordie sue. Israhel quippe uir ui-
 dens deum interpretatur: quo no-
 mine om̄is redemptorum hominū
 cētus designatur: p̄pter quos ut
 deum uidere ualeant. ip̄e deus ho-
 mo uisibilis inter homines apparuit.
 Qui suscepit isrl̄ quasi medicus e-
 grum quem curaret: quasi rex popu-
 lum quem ab hostium incurfione de-
 fenderet: immo hoste prostrato libe-
 rum redderet: ac secum p̄petuo reg-
 nare conaret. Et bene addit puerū
 suum. uidelicet humilem. obediē-
 tem q; significans: quia n̄ nisi per
 uertitatem humilitatis. q̄s ad sor-
 tem potest redemptōnis at-
 tingere. Vnde et dominus ait. Nisi cō-
 uersi fueritis et efficiamini sicut
 paruuli: non intrabitis in regnū
 celoz. Bene quoq; subiunxit memo-
 rari misericordie sue: quia quod d̄s ho-
 minem ut redimeret assumpsit: n̄
 humane meritum conditionis: sed
 diuine donum pietatis exercit. Ad
 enim post culpam preuaticationis:
 nisi iusti conditoris iram meruim?
 Vnde restat. ut quoecquod ad salu-
 tem uitam q; recuperamur eternā:
 n̄ hoc nobis s; eius gracie tribuam?
 cui dictum ē. in ira misericordie me-
 mor eris. Sicut locutus est ad pa-
 tres nostros: abraham et semini
 eius in secula. Patrum memoriam
 faciens beata maria. recte abrahā
 nominatim exprimit: quia et si

lectio quinta.

multi patres ac sancti dominice
incarnationis testimonium mystice p
tulert. ipsi tamen primo manife
ste sunt eiusdem incarnationis ac
nostre redemptionis archana pre
dicta. ipsi specialiter dictum est. in te
benedicentur uniuerse cognatio
nes terre. Quod ad dominum saluato
rem primere nullus fidelium dubi
tat. qui ad dandam nobis benedi
ctionem perpetuam. de stirpe abrahe
ad nos uenire dignatus est.

lc. vii.

Semen autem abrahe non illos dicit
tantum electos. qui ex abrahe progenie
sunt corporaliter editi. uerum et
iam nos qui de gentibus ad christum con
gregati. illis fidei societate patribus
copulamur. a quibus per sapientiam carnalis
origine longe segregamur. Et nos
enim semen ac filii sumus abrahe.
cum sacramentis nostri redemptoris
qui de genere abrahe carnem assump
sit renascimur. Hos sumus filii a
brahe. cum illum uidere sollicita in
tentione querimus. cuius diem beatus
abraham exultauit ut uideret. et ui
dit et gauisus est. Hinc et enim apo
stolus ait. Si autem uos christi. ergo se
men abrahe estis. secundum pro
missionem heredes.

lc. vii.

Recte autem in
conclusionem subiungitur in scriptura.
quia nimirum prefata promissio sup
er hereditatis. nullo unquam fine
claudetur. Nam et usque in finem se
culi huius non deerunt qui in christum

credendo semen fiant abrahe. et fu
ture beatitudinis eidem semini ma
nebit gloria perpetua. Unde nos necesse
est fratres carissimi quibus eterna
merces a domino promittitur. in de
fesso usu mentis per eius preceptione
luctari. Oportet enim ut per optinen
do bono quod sine fine cupimus ha
bere. sine ulla intermissione donec
accipiamus cessare curemus. Verba
igitur euangelice lectionis frequen
ti meditatione reuoluamus. exempla
beate genitricis dei semper animo
retineamus. ut et in conspectu dei
humiles inuenti. et proximis quoque
debito honore submissi. mereamur
una cum ipsa perpetuo sublimari.
Studeamus sollicite. ne nos inde
bite laudantium fauor extollat.
cum illam uideamus inter uerba
uere laudationis inconcussam hu
militatis tenuisse constantiam. Si
immoderatus temporalium rerum
nos appetitus delectat. reminiscamur
quia iudex noster diuites di
mittit manes. Si temporalis afflic
tio forte mentem conturbat. recogni
temus quia et humiles exaltat. In
quam de impetranda admittorum
uenia desperemus. quia misericordia
eius a progenie in progenies transitibus
eum. Nulli inter mala que fecit gra
uior in penitendi culpa culpa sub
ripiat. quia deus superbis resistit. eosque
a beatorum sorte seceruens. per uaria pe

narum loca p peccatorum uarie-
tate dispigit. Sic autem largiente
domino ut si beate marie semper
actus et dicta recolamus: semp̄
nobis. et obseruantia castitatis. et
uirtus operationis p̄seuerent. Na
toprimus ac saluberrimus in sancta
ecclesia mos inoleuit: ut ymnus ip̄i
us cotidie cum psalmodia uespi-
 tantum secundum carnem: sed secundum spiritum.

Tu aut

Joseph fili dauid. Si enim filius dauid. iuste et heres eius es tamquam filius patris. Ideo in hereditate accipe eam. quia illi promissa sunt testamenta. fidelia. Joseph fili dauid. ne timeas accipere mariam coniugem tuam. Ne timeas. ne trepidaueris. ne conturberis. si securus et intrepidus accipe eam secundum legis preceptum uxorem tibi nominatam. et secundum nuptiarum consuetudinem et coniunctionem longe alienam. Accipe ergo eam sicut commendatum celestem thesaurum. et ut detatis diuitias sicut plenissimam sanctitatem. sicut perfectam iusticiam. Accipe eam sicut unigeniti mansionem. sicut honorabile templum. sicut domum dei. sicut creatoris omnium propriam. sicut regis et sponsi celestis domum immaculatam. Ita ergo ioseph fili dauid. ne timeas accipe eam tibi commendatam. tue religiositati creditam. Serua. serua curam. attende. fugiens ab herode duc in egyptum. iterum remeans post herodis mortem deduc in terram israhel. Ne timeas accipe mariam coniugem tuam. Coniugem audiens non expanescas. non conturberis. nec tu nec quisque sequentium usque in consummationem seculi. Coniugem eam dico propterea ut diabolo uirginitatem

eius occultem. ut uideorum prauitatem excludam atque deticiam. ut legis instituta non destruiam. et in consequentibus demonstrabo quod ista nec tua coniunx secundum consuetudinem coniugii habeatur. nec iste qui generatus filius esse credatur. Quod enim ex ea nascetur de spiritu sancto est. quia scilicet cooperato sancte huius natiuitatis spiritus sanctus est. Nam unigenitus filius qui ante secula ineffabiliter ex solo patre natus est. iam seculi propinquante fine. ex uoluntate patris in humano corpore. sancto cooperante spiritu inter homines uenit. Iste est de quo scriptura preminauit dicens. Puer natus est nobis. et filius datus est nobis. Patris et enim unigenitus filius ex uirgine generatus est. ut illam uirginem priorem eam que ceciderat. iterum renouaret atque erigeret. et qui per prauam uoluntatem filii effecti fuerant diaboli. per adoptionem gratie filios efficeret. **P**arier inquit filium. **Et. iiii.** **P**er uocabit nomen eius iesum. Virgo generat. et tu hunc genitum uocabis iesum. quod interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populum suum. a peccatis eorum. Vocabis aut nomen eius

hoc quod ante fuit: quod ante se-
cula nominatum ē. Non tu ei pones
nomen: nec ex te euocabulum con-
stitues: s; nomina et uoca exulta-
do ihm: id est saluatorem. Saluato-
rem eē eum esse testare: nec ex tem-
pe cepisse saluare: s; iam antiq̄ssi-
mum saluatorem. Ip̄e enim saluū
faciet populum suum: a peccatis
eor̄. Duo enim p̄ hoc uerbum precla-
ra designantur: quod et deus fu-
erit et hominius. prius ante incar-
nationem xp̄c: et qđ populus ei
saluandus iam tunc annuntiaba-
tur. Et ideo dictum est. ip̄e saluū
faciet populum suum a peccatis
eor̄: ut uere d̄s. Dei enim est uir-
tus a peccato saluare: uel pecca-
ta dimittere. Ip̄e ergo filius d̄i ha-
bens populum suum: ipsum uenit
ut dictum est liberare a peccatis.
atq; saluare siue ex iudeis siue ex
gentib;: de quo ip̄e iam p̄ p̄pham
fuerat elocutus dicens. Dominus
dixit ad me filius meus es tu. ego
hodie genui te: pete a me et dabo
tibi gentes hereditatem tuam: et
possessionem tuam terminos t̄re.
Ip̄e saluabit populum suum a
peccatis eor̄: sanguine uidelicet
suo cunctos redimens: morte
sua de mortis eos liberans pote-
state. Ip̄e saluabit: hoc ē saluator
est omnium hominum fidelium
atq; credentium. Hoc autem to-

32.
tum factum est. Quid totum.
hoc de unigeniti descensione: h
de ista domini incarnatione: hoc
de angeli ad uirginem destinatio-
ne: hoc de ip̄ius uirginis desposi-
tione uel castitate. hoc enī totū
factum est: ad totius mundi sa-
lutem. hoc totum factum ē: ut
unum completeretur et unum d̄
summaretur. Quid: Illud quod
uirgo genuit: quod uirgo p̄ma-
str: quod mat̄ fuit: et intacta
uirgo p̄seuerauit. Ecce uirgo in
utero accipiet. Audite quod
dicit omnes filii eue: audite
omnes uos que hereditatem do-
loris et tristitie post illam. et ex
illius condempnatione sumpsistis:
uos que in tristitia generatis fi-
lios: uel magis quos que concu-
piscenciam corruptibilem non
tenuistis. Audite et letamini:
audite et consolamini: audite
quod uirgo in utero accipiet.
Non ex desiderio partum concipi-
ēs: neq; serpentis p̄suasione de-
cepta est: neq; eiur̄ aflatib; uene-
nolis infecta: s; uirgo in utero ac-
cipiet: predicationem angeli susci-
piens: p̄phetarum testimonia as-
sumens. Virgo in utero accipiet:
ut deum dignanter incarnatū
ad mundi pariat salutem. Ecce
inquit. hoc ip̄m quod dicit ecce:
ammirantis est tanti misterii

Def. tabet. uff. de
p̄pham. Def. de
lco xij.

magnitudinem: ut omnes uelut
a somno excitati: ad hoc dictum e-
uigilent. Ecce uirgo dicit in utero
accipiet et pariet filium: ad colli-
gandum illum fortem armatum:
ad concalcandum serpentis ipi
caput: ad conterendas uires eius:
ad predam diripiendam: atq; cap-
tiuitatem sui populi conuertenda.
Pariet filium ad denuo reparan-
dum adam: ad inobedientiam e-
ue p; marie obedientiam exclu-
dam: ad erigendum iacentium
genus: quod p; mulieris temera-
riam credulitatem fuerat ante
delectum. Et uocabunt nome e-
manuel: quod e; interpretatu
nobiscum deus. Vocant nomen
eius prius angeli psallentes in
eius generatione atq; gaudentes:
sicut deum omnium et regem pacis
ad homines uenientem: deinde apli
unigeniti di; dominationem atq;
uirtutem omnib; gentib; predica-
tes: adhuc et sancti martyres co-
tra ignes et gladios usq; ad mor-
tem resistentes: deinde cuncti cre-
dentes hoc ipsum nomen usq; ad
consummationem seculi memo-
rantes atq; laudantes. Et uoca-
bunt nomen eius emmanuel: qd
est interpretatum nobiscum ds.
Qui uocabunt: nisi isti quoru
uocabitur in terra nomen no-
uum. Vocabunt enim n; sicut

prius in figuris et ymaginibus
s; facie ad faciem apparentem no-
biscum deum. Abrahe patri cre-
dentium trib; horis temporis: lic;
n; p; ipam ineffabilem deitatis sue sub-
stantiam: s; potius p; anglicam spe-
ciem: ad meridiem uisus est: no-
bis triginta trib; annis: in terra
apparuit: et cum hominib; con-
uertari dignat; e;: Jacob etiā bre-
ui tempore p; angelum nichilomi-
nus apparuit colluctans cu; eo:
quq; se ab eo superari p;misit:
ut hunc mundi corde merito be-
nediceret atq; isrl nominaret:
nobiscum ds amplius: magis q;
p; nobis magnificu; certam ad im-
plens: et usq; ad morte; accedens: ut
morte sua morte; occideret: et benedictio-
ne atq; immortalitate; mundi cordi iplo
suo condonaret: q; fiducialit; dicit nobis
cu; ds p; euanglistaz et aploz p;dicatio-
ne: p; sei sui corpus et sanguinis sacra-
mentum: p; gloriose crucis signaculu;
P; ista ergo omnia nobiscum deus:
et ad nos atq; in nobis sicut ipse
ait: ecce ego uobiscum sum om-
nib; dieb; usq; ad consummatio-
nem seculi: qui cum deo patre
et ipu; sancto uiuit et regnat ds
in secula seculorum amen. *Si uigil.*
Nat. d. i die de. euenit euangl. et colla
de uigilia dicat. post te dm laud. que
hic scripta s; l. c. e. sedm cyathm.

In illo tempore: Cum esset desponsata mater ihu maria ioseph: ante quam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus et nouerit eam traducere: uoluit occulte dimittere eam. hec autem eo cogitante: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili dauid: non time re accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et uocabis nomen eius ihu. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. *Oratio.* —

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione iustificas: presta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus: uer mentem quoque iudicem securi uideamus. *In Natale domini lectio prima*

In primo tempore al leuiata est terra zabilon: et tra neptalim: et nouissimo aggra uata est uia ma ris trans iordanem galylee genti um. Populus qui ambulabat in tenebris: uidit lucem magnam. Habitantibus in regione umbre mortis: lux orta est eis. Multipli casti gentem: non magnificasti le

ticiam. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe: sicut exul tant uictores capta preda: quando diuidunt spolia. Jugum enim oneris eius: et uirgam humeri eius: et sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die madian. Quia omnis uiolenta predatio cum tumultu: et uestimentum myrti sanguine: erit combustionem et cinis ignis. Par uulus enim natus est nobis: et fi tius datus est nobis: et factus est principatus super humerum eius: et uocabitur nomen eius ammirabi lis: consiliarius: deus: fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super solium dauid et super regnum eius sedebit: ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia: a modo et usque in sempiternum: zelus domini exercituum faciet hoc. Verbum misit dominus in iacob: et cecidit in israhel.

Tu autem. Lectio.

Consolemini consolamini. *le. ii* popule meus: dicit dominus deus uester. Loquimini ad cor ierusalem et aduocate eam: quoniam completa est malicia eius: dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia: pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: parate uiam domini: rectas facite consuetudines semitas dei nostri. Omnis uallis exaltabitur: et omnis mons et collis

humiliabitur: et erunt praua
indirecta: et aspera in uias pla-
nas. Et reuelabitur gl'a domini:
et uidebit omnis caro pariter: qd
os domini locutum est. Vox dice-
tis. Clama. Et dixi. Quid clama-
bo: Omnis caro fenum: et omnis
gloria eius quasi flos agri. Exsic-
catum e' fenum. et cecidit flos:
quia sp'c domini sufflauit in eo.
Vere fenum est populus. Exsiccatum
est fenum et cecidit flos: uerbu' au-
tem domini stabit in eternum. Su-
per montem excelsum sta tu qui
euuangelizas syon: exalta in for-
titudine uocem tuam qui euan-
gelizas ierlm. Exalta: noli timere.
Dic ciuitatib; iude. Ecce deus ue-
stet. Ecce dominus ds in fortitu-
dine ueniet. et brachium eius do-
minabitur. Ecce merces eius cu' eo:
et opus illius coram ip'o. Sicut pa-
stor gregem suum pascet. In brachio
suo congregabit agnos. et in sinu
suo leuabit. fetus ip'e portabit.
Quis mensus est pugillo aqua:
et celos palmo ponderauit. Quis
appendit trib; digitis molem tre:
et librauit in pondere montes. et
colles in statera. Quis adiuuit
spiritum d'ni: aut quis consilia-
rius eius fuit. et ostendit illi.
Cum quo inuit consilium. et in-
struxit eum. et docuit eum semi-
tam iusticie: et eradiuit eu' scie-

tia et uiam prudentie ostendit
illi. Ecce gentes quasi stilla situ-
le. et quasi momentum statera
reputate sunt. Ecce insule quasi
pulsis exiguis: et lybanus non
sufficiet ad succendendum: et ani-
malia eius n' sufficient ad holo-
caustum. Omnes gentes quasi n'
sunt sic sunt coram eo: et quasi ni-
hilum et inane reputate sunt et
inane.

Consurge consurge induere
fortitudinem tuam syon: in-
duere uestimentis gl'e tue
ierlm ciuitas sancti: quia non
adiciet ultra. ut p'transeat p'te
in circuitibus et in mundus. Ex-
altate de puluere: consurge sede
ierlm. solue uincla colli tui capti-
ua filia syon: quia hec dicit d'ns.
Gratis uenundati estis: et sine ar-
gento redimemini. Quia hec dicit
dominus ds. In egyptum descen-
dit populus meus in principio
ut colonus est: ibi. et assur absq;
ulla causa calumpniatus e' eum.
Et nunc quid m' est hic dicit d'ns:
Qm' ablatus est populus meus gra-
tis: dominatores eius iniq; agunt
dicit dominus: et iugiter tota die
nomen meum blasphemant. Prop-
ter hoc sciet populus m's nomen
meum in die illa: quia ego ipse
qui loquebar ecce assum. Quia
pulchri sup montes pedes an-
nuntiantis et predicantis pace:

annuntiantis bonum: predican-
 tis salutem: dicentis syon regna-
 bit deus tuus. Vox speculatorum
 tuorum leuauerunt uocem: simul
 laudabunt: quia oculo ad oculum
 uidebunt. cum conuerterit dominus
 syon. Gaudete et laudate simul
 deserta ierusalem: quia consolatus est
 dominus populum suum: redemit
 ierusalem. Parauit dominus brachium
 sanctum suum. in oculis omnium gen-
 tium: et uidebunt omnes fines terre
 salutare dei nostri. **Sermo huius leonis pp.**
Saluator noster dilectissime hodie natus est: gaudea-
 mus. Neque enim locum fas est esse
 tristitie. ubi natus est uite. que con-
 sumpto mortalitatis timore ingerit
 nobis de pmissa eternitate leticiam.
 Nemo ab huius alacritatis participa-
 tione seceratur. Vna cunctis leticie
 communis est ratio est. quia dominus
 noster peccati mortis que destructor:
 sicut nullum a reatu liberum rep-
 perit: ita liberandis omnibus uenit.
 Exultet sanctus: quia appropinquat
 ad palmam. Gaudeat peccator: quia
 inuitatur ad ueniam. Animetur
 gentilis: quia uocatur ad uitam.
 Dei namque filius secundum plenitudi-
 nem temporis. quam diuini consilii
 inscrutabilis altitudo disposuit:
 reconciliandam auctori suo natura
 generis assumpsit humani: ut in-
 uentor mortis diabolus per ipsam

quam uicerat uinceretur. In quo
 conflictu pro nobis in toto magno et
 mirabili equitatis iure certatum est:
 dum omnipotens dominus cum
 seuissimo hoste non in sua maiestate:
 sed in nostra humilitate congregatus:
 obiciens ei eandem formam. eandem
 que naturam: mortalitatis quidem
 nostre participem sed peccati totum. **Lectio: ***
Expertem Alienum quippe ab hac **212 au**
 natiuitate est: quod de omnibus legitur.
 Nemo mundus a sorde: nec infans
 cuius unius diei uita est super terram.
 Hic ubi in istam singularem nati-
 uitatem de carnis concupiscentia
 transiuit: nichil de peccati lege ma-
 nauit. Virgo regia dauitice stir-
 pis eligitur: que sacro grauidata
 fecit: diuinam humanam que pro-
 lem prius conciperet mente quam
 corpe. Et ne superni ignara consilii
 ad inuitatos paueret affatus: quod
 in ea operandum erat a spiritu sancto
 colloquio didicit anglico. Hec clapsu
 credit pudoris: diu genitrix mox futu-
 ra. Cui enim de conceptionis nouitate
 desperet: cui efficiencia de altissimi
 uirtute promittitur. Confirmat
 credentis fides. etiam preuentis
 attestacione miraculi: donatur que
 elizabeth inopinata fecunditas:
 ut qui conceptum dederat sterili:
 daturus non dubitaretur uirgini.
 Verbum igitur dei deus. filius dei
 qui in principio erat apud deum.

p quem facta sunt omnia et sine quo
factum est nichil. ppter liberandū
hominem ab eterna morte factus ē
homo: ita se ad susceptiōnem humi-
litas nostre sine diminutiōne sue
maiestatis inclinans: ut manens
quod erat assumens q; quod n̄ erat.
ueram serui formam ei forme i qua
dō patri est equalis uniret: ita to-
federe naturam utramq; consere-
ret: ut nec inferiorē consume-
ret glorificatio: nec superiorē im-
minueret assumptio. *Tu autem* Salua igitur
pprietate utriusq; substantie et in
unam coeunte psonam: suscipitur
a maiestate humilitas: a uirtute
infirmitas: ab eternitate mortalitas
et ad rependendum conditiōnis
nr̄e debitum. natura inuolabil
nature est unita passibili. d̄s q;
uerus et homo uerus in unitate do-
mini tempatur: ut quod nostris
remediis congruebat: unus atq;
idem d̄i hominum q; mediator. et
mori poss; ex uno: et resurgere poss;
ex altero. Merito uirginē itegri-
tati. nichil corruptionis intulit
partus salutis: quia custodia
pudoris fuit. edicio ueritatis.
finit **T**alis ergo dilectissimi natui-
tas decuit dei uirtutem et di sapi-
entiam xpm: qua nobis et huma-
nitate congrueret: et diuinitate
precelleret. Nisi enim eēt d̄s uel:
non afferret remedium. Nisi eēt

homo uerus: non preberet exem-
plum. Ab exultantib; angelis na-
scente domino gl̄a in excelsis deo
canticur: et pax in terra bone uo-
luntatis hominib; nuntiatur. Vi-
dent enim celestem ierlm̄ ex om-
nib; mundi gētib; fabricari. De
quo inenarrabili diuine pietatis
opere quantum letari debet hu-
militas hominū: cum tantū gau-
deat sublimitas angelorum: ag-
mus ergo gratias dilectissimi deo
patri p̄ filiū eī in spiritu sancto:
qui propter multam misericordiam
suam qua dilexit nos misertus ē
nostri: et cum eēmus mortui pec-
catis conuincamur nos: et ut eēni
in ip̄o: noua creatura nouū fig-
mentum. Depnamus ergo uete-
rem hominem cum actib; suis: et
adepti participatiōnem genera-
tōnis xpi: carnis renuntiem; opib;.
Agnosce o xpiane dignitatē tuam:
et diuine consort factus nature:
noli in ueterem uilitatem dege-
neri conuersatione recidere. De-
mento cui caput et cuius sis cor-
poris membrum reminiscere: q̄a
eritatus de potestate tenebrarum.
translatus es in dei regnum et lu-
men. P̄ baptismatis sacramentū:
sp̄s sancti factus es templum. No-
li tantum habitatozem prauis
de te actib; effugare: et diaboli
te iterū seruituti subicere: q̄a p̄cium

35.
tuum sanguis est x̄: qui ueritate te iudi-
cabit qui misericordia te redemit: ih̄c x̄pc
dominus noster: qui cum patre
et spiritu sancto uiuit et regnat
deus per omnia secula seculorum Amen.

Sermo b̄i maximi epi. lc. v̄

Hatissime fr̄es festiuitate p̄sentis
diei in omne se gaudium totius
ubiq; suscitatur mundus: quia ho-
die p̄missus a seculis uniuerso
orbi iudex natus est et redemptor:
et necesse est ut in commune nos
omnes qui futuri examinis reur-
rectionisq; p̄missis salutarem susce-
pimus fide: habeamus metum quid
de iudice: s; de redemptore letici-
am. Omnis namq; fidelis anima
timore corrigitur: correctione leta-
tur. Et in hoc t̄m̄i quanta erga hu-
manum gen̄ omnipotentis patris
dispensatio est: quanta ueuig-
nitatis: ut quem iudicem p̄para-
bat incredulis: hunc credituris
premitteret redemptorem: q̄m̄i
precurreret misericordia: lenitatem ad-
uenientis iudicis preueniret. Ho-
die itaq; natus est x̄pc: s; in natiui-
tate eius nostra omniu habet uita
natalem: quia qui priuilegia pri-
me natiuitatis amisimus: uisi-
tante nos x̄po sanctiore partu
reclimamus ad uitam. *Hodie peperit maria: s; ip̄a suum parturuit
auctorem. Hodie edidit mundo
hominem: quem non suscepit ab*

homine. Quid hoc est miraculi
fratres: nascitur caro de carne:
non tamen generata per carnem:
et secreto quodam incomprehen-
so q; conceptu: p̄cedit de morta-
li femina diuina p̄genies. Hec
mirum sane si exiit diuina nati-
uitas: ubi non erat humana
conceptio: aut si illam matrem
n̄ uiolauit partus: quam cotus
n̄ fedauit. At ille quondam fu-
turoz conscius ysaias: populis
et gentib; signum noue salutis
aperiens: ecce uirgo in utero accipiet
et pariet filium: et uocabunt nom̄
eius emanuel: quod est interpreta-
tum nobiscum deus. Atq; ut aduer-
tamur noui ac ueteris testamenti
unum esse consensum: unumq; con-
siliu: ait etiam beatissim̄ lucas
dominice incarnationis relator
egregius dicens. Missus est angelus
gabriel a deo ad uirginem despo-
satam uiro cui nomen erat ioseph:
et ait ad illam. Ecce concipies in
utero et paries filium: et uocabis
nomen eius ih̄m. Ih̄c autem t̄m̄i
latino sermone saluator dicitur.
Ecce qualiter inuicem concordantib;
sentenciis: testimonia diuina di-
uina confirmantur: et cum pre-
dicantium diuersa sunt tempora:
non tamen diuersa narratio. H̄a
partum uirginis quem ille predi-
xerat: iste testatur. Quis igitur

de diuinitate xpi. quis de redemp-
tione cunctetur: quem et ysaias
pfitetur deum. et galubel annu-
tiat saluatorem. Quis intacte
puer pere alium dubitet florui-
isse: quod uno penē ore atq; eode
spiritu plocuntur euangelista.
angelus. et ppheta. Vbi tanti ta-
les q; sunt testes: non erubescit
ueritas: s; auditor incredulus
confutatur. **S**ed iam uideamus
quas p nobis natus pferat xpc i-
urias: quib; ue tursus iniurie il-
le uirginit; decorentur. Et ante
om̄ia femineo se sexu concipi pati-
tur: qui in exordio mundi omni-
potenti manu de masculo opera-
tus est feminam: s; hanc humilita-
tem uirginalis nascendi matris
sublimat integritas. Et quamuis
natus xpc femineo ut infans lacte
pascatur: tamen infans ut rerū
potens iugineis nutritur uberi-
bus. atq; ut primum illum i has
seculi pcellas et fluctuantis sen-
tiam mundi uteris maternus
effudit: uilissimis circūdat p̄anis.
Pannis induitur ille p nobis:
qui cum crearet omnia: terras
luce pfudit: celum siderib; adoz-
nauit: et ignea solem claritate
uestiuit. Obuoluitur quidē pan-
nis: s; huius panni noua stella ra-
diante munerantur a magis. et ab
exultantib; angelis honorantur:

Et ut nouerimus uniuersa hec p
mysterium ut fieri uel dici: hic
qui pannis circumuoluitur pre-
dicatus ab initio: de sinu patris
eterno q; thalamo salutariū nup-
tiarum sponsus uenit celo: sicut
ait uenerandus dauid. Ip̄e tam-
quam sponsus pcedens de thala-
mo suo. Deinde ut legitur ponit̄
in presepio: quia ut ait euangeli-
sta nō erat illi locū in diuersorio.
Ne quem uestrum fratres ista p-
moueam: quia omnis hec in sal-
uatore uilitas preciosissimum
nostre salutis est sacramentum.
Videte enim quanta sapientia
collocari xpc dicitur in presepio: q
gemina quadam gracia humani
generi et eisa erat futurus et
pator. Qui bene in presepio po-
nitur: ut ad pabula p̄henit uite
spiritualium omnium greges ag-
ni celestis balatus mitteret. Non
erat inquit ei locus in diuerso-
rio. Numquid tante illius erāt
angustie mansionis: ut nati sub
hora paruuli membra n̄ caperet.
Sed idcirco mystico refertur sermo-
ne non inueniri locum in diuer-
sorio: quia ingressus mundum
xpc fidem in qua possit requies-
cere non inuenit: ut ait ip̄e in e-
uangelio dicens. filius autem
hominis non habet ubi caput
suum reclinet. Vnde adiūtum q̄a

finit

unicus dei filius non in spaciosis domib; aureatis q; laquearibus: s; in fide credentium requiescit. Hunc ergo xpm ihm fugentem uera nascencium infantium more uagientem; uilib; circumdatu panniis: iacentem i presepi. age uca ministeria psecuntur: et omnis celestis exercitus multitudo miratur: consona enim uoce collaudant et dicent. Gloria in excelsis do: et in tra pax hominib; bone uoluntatis. Gloria utiq; deo: qui desperatis mortalib; munus et ne salutis exhibuit. Et pax hominib; bone uoluntatis; quos certamine suo xpc suo q; prelio in regnum pprium diabolica captiuitate reuocauit. Et quam cogruue euangelicus sermo in tonat. cum dicitur gloria in excelsis do et in tra pax hominib;: quod ide ipse dei filius apud anglos gloriosus est in excelsis: et bone uoluntatis hominib; pacem prestat in terris. Propter quod dilectissimi competentib; gaudis tanta de salute letemur; atq; angelicis nos uocibus sociantes: honore debito misteria semp xpi uirtutes q; laudemus.

Sermo beati maximi epi. lc. vi.

Hodie fratres lrm xpc natus est: nos renati. hodie saluator mudi p matrem tempus nascendi accepit: qui de patre natiuitatis n

habet tepus. hodie p hoiem dei fili ingressus est mundum: cui manu ante hominem factus e mund. hodie habitator celi uenit ad tras: qui terrarum incolas euocaret ad celum. Mirabilis inquit deus in sanctis suis. Sim sanctis suis mirabilis ds: quomodo n in seipo mirabilis. Simirabilis in iohane quem nasei de patre senissimo. et sterili de matre precepit: quanto magis in se est mirabilis qui ut nostre conditionem carnis indueret. nouum uirgini et conceptum dedit et partum. ait sanctus abacuc ppheta. Domine audiui auditionem tuam et timui. considera ui opera tua et expaui. Quis non expauescat et metuat tanta psumditate misterij: quando quidem uisus idem q; sine conceptione natus est ds. et sine creatore factus est homo. tu aute
 Duas in xpo generationes legitimus: s; in utraq; incomprehen se diuinitatis est uirtus. tu autem
 Ibi enim illum ex semet ipso genuit deus; hic enim uirgo do operante concepit. Ibi sine initio: hic sine exeplo. Ibi natus ut conderet uitam: hic factus ut tolleret mortem. Ibi patrinatus; hic hominib; pcreatus. Ibi natiuitate hoiem fecit: hac generatione hominem liberauit. Vtramq; fratres generationem eius non posse narrari: sententia hec una



complectitur. Illa enim ē ante homi-
nem: ista supra hominem. Illa inco-
gitabilis: ista mirabilis. Cum au-
tem duas xp̄i flocemur natiuita-
tes: non bis asseritur dei filius na-
tus: s; gemina in uno dī filio cōfir-
mat eē substantia. In quod erat na-
tus est: hic quod non erat factus
est. Aut de his beatissim⁹ iohes. In p̄nci-
pio erat ūbū: et ūbū erat ap̄ dīm:
et d̄s erat ūbū. Et ūm. Et ūbū caro
fēm ē. Iḡ d̄s q̄ ap̄ dīm erat p̄diuit adō:
et caro dei que in dō n̄ erat: p̄cessit ex
femina. Ita ūbū caro fēm ē: n̄ ut d̄s
uacuaret in hōiem: s; ut hō glōrifica-
ret in dīm. Itaq; nobis nat⁹ ē d̄s: s; ex
duab; natiuitatib; idest dī et hōis.
se ip̄m unigenit⁹ pat̄s: atq; in se se ho-
minē unū eē uoluit dīm. Bn̄ationē ḡ
ei q̄s enarrabit: fratres. gn̄atio xp̄i
si narrari nō potest: credi potest. Si lin-
gua deficit: sigles p̄ficiat. Magn⁹ enī
p̄fect⁹ fidei ē: cū tantū de dō suo quis
concepit: quantū sermo n̄ potest pat̄-
turire. Cauere dilectissimi. ne quādo
uos de his incredulitas moueat:
quia si homo non ualeat explicare
quod sentit: d̄s sine dubio potuit
implere quod uoluit. Et p̄ absurdū
est fratres: ut ineffabilem deum in-
firmissimo fragilitatis nostre sermo-
ne pensemus. Dementie res ē si
operationem maiestatis immense
inter exigua corruptibilis oris nr̄i
conem⁹ uerba concludere. Quom̄

enim comprehendere potest homo
deum: factus unigenitum: mor-
talis eternum: Si inuestigare ni-
teris qualiter deus in hominē uel
homo transiuit in deum: inuesti-
ga prius si potes quomodo ex ni-
chilo factus est mundus: celū un-
de resplenduit: aquarū liquor: t̄re
soliditas qua ratione subsistunt:
quom̄ etiam de terra homo: de ma-
sculo femina: item q; p̄ feminam
masculus: quod illud ē post om̄ia.
qd̄ lumen gignit ac tenebras: qd̄
uitam facit ac mortem. Si ergo
te ip̄m o homo et que propter te
facta sunt qualiter: aut unde facta
comprehendere n̄ uales: q̄
presumptione qua ne stulticia tu-
um ip̄i atq; omnium discitis cre-
atorē. Natū ḡ de dō pat̄e dīm: eūdeq;
hōiem fēm de uirgine confitem⁹. S;
hec km̄i rationi ceca sūt: fidei ma-
nifesta. Tūc enī parte ex aliq̄ indefi-
nite maiestatis ei potim⁹ in mensa
r̄mari: si aduicim⁹ q̄ntus q̄sue sit
d̄s anobis n̄ posse cognosci: ut ait d̄ns
ad moysen. Tu aū nō potis uidē faciē
meā. idest n̄ potes carnalib; oculis
meā sic ē inspicē ditatē. Beat⁹ namq;
dauid uirtutē omnipotentie ei inten-
dens clamabat dicens. Mirabilia opa
tua dñe: et aīa mea nouit ualde. Val-
de enī sciebat aīa p̄ph̄tis: opa dei
oem̄ meditatōem humane m̄tis ex-
cedē. P̄t qd̄ sapientissim⁹ pat̄archa
mortalis sens⁹ conclus⁹ angustus: q̄

finis

34.
inuestigare nō poterat mirabar. Quis ergo ho-
minū discere ul' inquire audeat. tā-
tus qd' ppha mirat. Mirabilia inqt
opa tua. et anima mea nouit ualde.
hoc ipm enī qd' incōprehensibilis est
ōs. aīa ei nō ueriat. caro sentire nō
potat. Omīs g' q' opa dī magis uult
examinare qm' credere. n̄ sequit' anime
sensū s; carnis errorem. Et idō fr̄s n̄ dis-
cutiam' q' d' de dō natus est. s; cre-
damus. nec retractemus partem
uirginis sed mirem'. ut unigenitū
dei. deum et hominē confitentes.

Hin offensam teneamus celestis fidei
ueritatem. *Sermo bī maximi epi.*
*H*odierne misterii sacra. *le. vii.*
mentū fr̄s km̄i sicut credidi-
stis semp' et creditis. reparatio ē
salutis humane. uirtutum nati-
uitas. ruina uicior. Hodie namq;
xp̄c ih̄c dominus n̄r in quo diuini-
tatis est plenitudo. carnis nostre
infirma suscipiens nouus natus
est homo. hodie refulsit sedes ille
adam n̄ incola s; domū paradisi.
quem interdite arboris pulchritu-
do non fallat. serpens n̄ decipiat.
mulier n̄ seducat. Hodie exortum
est in tenebris lumen. hodie illud
quod celum et celi celorum se ha-
bere gaudebant. mundus dū ne-
scit accepit. Neq; enim ut temp'at'
quidam aut qui ante n̄ fuerit de
femina nobis repentinus emerfit.
s; qui semp' erat cum patre deus
semp' q; regnabat. nouo p' uirgi-

nem uoluit mortalib; apparere
misterio. Nouus quidem homo.
s; dominus sempiternus. Nouus
xp̄c. s; rex omnū sc̄loz. Ipse enī
in fine tempoz natus ex maria q'
ante omnia secula unigenitus
p'cessit a patre. Hic est predict' a
patriarchis. a pphetis predicat'.
annuntiatus ab angelis. ab apo-
stolis approbatus. De uno eodeq; *Tu autem*
legit. In principio erat uerbum. et
uerbū caro factum est. Gaude er-
go nūc et exulta ad deum tuum
tandem conuersa gentilitas. p'
cepisti donum qd' abraham ī spi-
ritu seuidisse letatus est. Merui-
sti p' xp̄m. quod pmereri quon-
dam hebreoz gens electa nō po-
tuit. Times enī isrl' et tremens mi-
rabatur ut legimus. qd' moyses
populi princeps reconditus in
uibe et in uertice montis altissi-
mi solus cum domino loqueretur.
Tibi uero sic natus est xp̄c. et tan-
ta se nobis dignatione concessit.
ut loqueretur omib; et ab omnib;
uideretur. Ad illum tunc montē
syna quicumq; accessit. ex popu-
lo presenti puniebatur interitu.
ad hunc uero montem qui hodie
natus est mundo. quicumq; nō
accessit morietur. Et tūc quidē
unus populus erudiebatur ad
fidem. nunc uero omnes gentes
uocantur ad uitam. Viderunt

uenerabiles patres uestri innume-
ra magna q; mirabilia: celum
illis angelicas rotavit escas:
dulcia pocula lapid durissimus
ministrauit. Jordanis p̄p̄t̄ mea-
tum suum reuertit in fontem: ua-
lidissimi hostium muri tu uarū
strepitu corruerunt. Sol quoq;
commoratus in celo: longiorem
triumphanti populo prestitit di-
em. Hoc uero nullus antea uide
seculis datum est: ut unigenit⁹
atq; altissimi quem trementes ange-
archangelorum suis spiritibus pote-
states: hominem se hominibus
exhiberet: et carnem quā sump-
sit ab homine transformaret in
deum. Amplexere ergo digna-
tōnem maiestatis eterne: et ne
archanam dei tui discutas no-
luntatem: quia omnibus quidem
natus est xp̄s: s; fidelibus dat sa-
lutem. Quod si tibi sensuum tuorū
fragilitate minus dignum ui-
detur filium dei natum de femi-
na credere: uirginem cogita pe-
perisse. Stabi p̄m̄i quibus obuo-
lutus est fortasse ualescunt: an-
gelos collaudantes et multitu-
dinem celestis exercitus ammirare.
Si presepe in quo infans iacuit
despicis: erige paulisper oculos:
et nouam in celo stellam prestā-
tem mundo natiuitatem dñicam
contuere. Si credis uilia: arte mi-

stica. Si de his que humilitatis
sunt disputas: que alta sunt &
celestia uenerare. Hisdem enim
referentibus: hisdem auctoribus de
domino saluatore que humilia
et que gloriosa sunt didicisti:
uniuersa que ad salutis tue mi-
sterium pertinebant sacra t̄ euan-
gelia perdidicisti. Habes in his
unde dñm ihm et natum homi-
nem credas: et deum eē dubitare
non possis. *Sermo h̄i leonis pp̄. l. c.*
Seruitemus in domino dilecti-
ssimi: et spirituali iocundi-
tate letemur: quia illuxit dies
redemptionis noue: reparationis
antique. felicitatis eterne. Re-
paratur enim nobis salutis n̄re
annua reuolutione sacramentum:
ab initio p̄missum: in fine red-
ditum: sine fine mansurum. In q̄
dignum est sursum erectis sc̄tis
cordibus diuinum adorare misteri-
um: ut quod magno dei munere
agitur: magno ecclesie gaudis
celebretur. Deus enim omnipotens
et clemens: cuius natura bonitas:
cuius uoluntas potentia: cuius op̄
miscdia est: statim ut nos diabo-
lica malignitas ueneno sine mor-
tificauit inuidie: p̄parata renouā-
dis mortalibus pietatis sue remedia
inter ip̄a mundi primordia pre-
signauit: denuntians serpenti fu-
turum semen mulieris q̄d noxi

Finis.

capitis elatione sua uirtute conte-
 reret. xpm scilicet in carne deum
 hominem q; significans: q; natus
 ex uirgine uiolatorum humane
 p; aginis incorrupta natiuitate
 dampnaret. Nam quia gl'abatur ^{tu autē}
 diabolus hominem sua fraude de-
 ceptum diuinis caruisse muneribus:
 immortalitatis dote nudatū.
 diuam mortis subisse sententiā se-
 q; in malis suis quoddam de pre-
 uaricatoris consortio inuenisse
 solatiū. deum quoq; iuste seue-
 ritatis exigente ratione erga ho-
 minem. quem tanto honore con-
 diderat: antiquam mutasse sen-
 tentiam. opus fuit dilectissimi se-
 creta dispensatione consilij: ut i
 commutabilis deus. cui uolūtas
 non p; cedit sua benignitate priua-
 ri. primam pietatis sue dispesa-
 tionem sacramento occultiore com-
 plexeret: et homo diabolice iniqui-
 tatis uersutia actus in culpam.
 contra dei ppositum n̄ periret. In-
 greditur ergo infima hec mundi
 dei filius de celesti sede descendens:
 et a paterna gloria n̄ recedens: no-
 uo ordine noua natiuitate gene-
 ratus. Nouo ordine: quia inuisi-
 bilis in suis. uisibilis factus est
 in nostris. Incomprehensibilis uo-
 luit comprehendi. Ante tempora
 manens: esse cepit ex tempore. Uni-
 uersitatis dominus: seruilem for-

mam obumbratā maiestatis sine
 dignitate suscepit. Inpassibilis
 ds non dedignatus est homo eē
 passibilis: et immortalis mortis
 legib; subiacere. Nonna autem
 natiuitate generatus: quia iui-
 olata uirginitas concupiscentiā
 nesciuit. substantiam ministra-
 uit. Assumpta est de matre dñi
 natura: non culpa. Creata ē for-
 ma serui sine conditōne seruiti:
 et nouus homo sic contemptra-
 tus est ueteri: ut et ueritatem
 suscipere generis: et uitium ex-
 cluderet uetustatis. Verax nāq;
 miscdia dī cum ad repandū
 humanum genus ineffabiliter
 ei multa suppetere: hanc po-
 tissimum consulendi elegit uia:
 qua ad destruendum opus dia-
 boli n̄ uirtute uteretur potēte
 s; ratōne iusticie. Nam supbia
 hostis antiqui n̄ immerito sibi
 in omnes homines ius tyrāni-
 cum uendicabat: nec in debito
 dominatu premebat: quos amā-
 do dei spontaneos in obsequium
 sue uoluntatis illexerat. Non
 itaq; iuste amitteret originale
 humani generis seruitutem: nisi
 de eo quod obiebat subierat uin-
 ceretur. Cum igitur misericors
 ompotens q; saluator ita suscep-
 tōnis humane moderaretur ex-
 ordia. ut uirtutem inseparabil

finis

a suo homine deitatis. p uelamen
nostre infirmitatis absconderet;
illusa est securi hostis astucia. q
natiuitatem pueri in salutem
humani generis pcreati. n aliter
sibi quam omnium nascentium
putauit obnoxiam. Vidit enim
uagientem atq; lacrimantem.
iudit pannis obuolutum. circu
cisioni subelatum. et legalis sa
crificij oblatione pfectum. Ag
nouit deinceps solita incrementa
puericie. et usq; ad uiriles annos
de naturalib; n dubitauit aug
mentis. Inter hec intulit con
tumelias. multiplicauit iurias.
adhibuit maledicta. obprobria.
blasphemias conuicia. Oem po
stremo in ipm uim furoris effu
dit. omnia temptamentoz gene
ra percurrit. et sciens qd humana
naturam infeciss; ueneno. neq; q
credidit transgressionis exsorte.
quem tot documentis didicit ee
mortalem. Pstiter ergo improbus
predo. et auarus exactor. in eum q
nichil habebat insurgere. et dum
iustate originis preiudicium
generale psequitur. cyrogphti
quo uidebatur excedit. ab illo in
iquitatis exigens penam. in quo
nullam reperit culpam. Soluit
itaq; letifere pactonis male sua
sa conscriptio. fortis ille neclitur
uinculis suis. et ligato mundi

principe captiuitatis uasa rapi
untur. Redit in honorem suum.
ab antiquis contagiis purgata
natura. Mors morte destruitur.
natiuitas natiuite reparatur.
qm simul et redemptio aufert ser
uitute. et regeneratio mutat ori
ginem. et fides iustificat peccato
rem. Quisquis igitur xpiano no
mine pie et fideliter glaris. recon
ciliationis hui; gratiam iusto p
pende iudicio. Tibi enim quon
dam abiecto. tibi extruso a para
disi sedib; tibi p exilia longa mo
ranti. tibi in cinerem et puluere
dissoluto. cui iam no erat spes ul
la uiuendi. p incarnationem uer
bi potestas data est. ut de longin
quo ad tuum reuertaris auctore.
recognoscas parentem. liber effici
aris ex seruo. de extraneo pueha
ris in filium. ut qui ex corruptibi
li carne natus est. ex dei spiritu re
nascaris. et obtineas p gram qd n
habes p naturam. Haberes g tante
spei fiduciam dilectissimi in fide
qua funda ti estis stabiles pmane
te. ne idem ille temptator. cui ano
bis dominationem xpc exclusit aliq
bus nos iterum seducat infidus.
et hec ipa presentis diei gaudia
fallacie sue arte corrumpat. illu
dens simpliciorib; animis de quo
rundam pestifera p suasionem. qbz
hic dies sollempnitatis nostre n

tam de natiuitate xpi quam deno-
 ui ut dicunt solis ortu uidet ho-
 norabilis: quoz corda uastis te-
 nebris obuoluta & ab omni incre-
 mento uere lucis aliena sunt. Tra-
 huntur enim adhuc stultissimis
 gentilitatis erroribz: & minist' mu-
 di luminaria diuino honore ue-
 nerantur: que et simurandam ha-
 bent pulchritudinem: adoranda
 tamen n̄ habent deitatem. Illa er-
 go uirtus: illa sapientia: illa est
 adoranda sola maiestas: que uniu-
 sstatem mundi creauit ex nichilo:
 et in quas uoluit formas atq; men-
 suras terrenam celestem q; substā-
 tiam on̄ipotentia ratione p̄duxit.
 Sol luna. sydera sunt comoda uten-
 tibz: sicut speciosa cernentibz: sicut
 ut de illis gracie referantur auctori:
 et adoretur d̄s qui hec condidit t̄o
 creatura que seruit. Laudate igit̄
 dominum dilectissimi: in om̄ibz ope-
 ribz eius atq; iudiciis. Sit in uobis
 indubitata credulitas uirginē in-
 tegritatis et partus: reformationis
 humane sacrum diuinum q; miste-
 rium. sancto atq; sincero honozate
 seruitio. Amplectimini hominem
 xpm̄ in nostra carne nascentem: ut
 eum uidere mereamini *reḡ d̄m gl̄e.*
In sua maiestate regnantem: cū
 deo patre & spiritu sancto amen
iber ḡna iuu. f. e. s. mathm.
 tionis ihu x̄ filii dauid: filii abra-

ham. Et rel. *Omelia sc. eiusdem*
In ysaya legimus. *vi. Jeronimi p̄bi.*
 Generationem eius quis enarrabit.
 Non ergo putemus euangelistam
 p̄phete eē contrarium: ut quod ille
 impossibile dixit affatu. hic narra-
 re incipiat: quia ibi de generati-
 one diuinitatis: hic de incarnatio-
 ne dictum est. A carnalibz autem
 cepit: ut p̄ hominē d̄m discere i-
 piamus. filii dauid: filii abraham.
 Ordo p̄posterus: s; necessarie comu-
 tanis. Si enim p̄mum p̄fuisz
 abraham et postea dauid: rursus
 ei repetendus fuerat abraham: ut
 generatōis ei series texeret. Ideo
 autem ceteris pretermisissis horum
 filium n̄cupauit: quia ad hostā-
 tum est facta de xpo rep̄missio ad
 abraham: in semine tuo inquit be-
 nedicientur omnes gentes. quod ē
 xpc. Ad dauid: de fructu uentris
 tui ponam sed sup sedem tuam.
 Judas autem genuit phares & za-
 ram de thamar. *Notandum i ge*
 nealogia saluatoris nullam sc̄a-
 rum assumi mulierum: s; eas q̄s
 scriptura reprehendit: ut q̄ p̄ter-
 peccatores uenerat. de peccatrici-
 bus nascens. omnium peccata de-
 leret. Unde et in consequentibus
 ruth moabitil ponitur: et beth-
 sabee uxor urie. Naason autem:
 genuit salmon. Iste est salmon
 princeps tribus iude: sicut iuu-

Tu autem Tu autem.

meris legimus. Joram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioatham. In quarto regum uolumine legimus de ioatham ochoziam fuisse generatum. Quo mortuo iezabeth filia regis ioram soror ochobie tulit ioas filium fratris sui: et eum interitioni que exercebatur a batha lia subtraxit. Cui successit in regnum filius eius amasias. Post quem regnauit filius eius azarias qui appellabatur et ozias: cui successit ioatham filius eius. Cernis ergo quod secundum fidem historie tres reges in medio fuerunt: quos hic euangelista pretermisit. Jora qui non genuit oziam sed ochoziam: et reliquos quos enumerauimus. Verum quia euangeliste propositum erat tres tessere decades in diuiso

temporū statu ponere: et ioram generi se miscuerat impuissime iezabel: idcirco usque ad tertiam generatione eius memoria tollitur: ne in sacre natiuitatis ordine poneretur. Et post transmigrationem babilonis: **T**iechonias genuit salathiel. *Secundum* **H**illo tempore: *Exiit lucam 1c. x.* **B**enedictum a cesare augusto: ut describeretur uniuersus orbis. *Et Rel.* **O**mel' 1c. eidem beati Gregorii pape. **Q**uia largiente domino missarum sollempnia ter hodie celebraturi sumus: loqui diu de euangelica lectione non possumus: sed

nos aliquid uel breuiter dicere redemptoris nostri natiuitas ipsa compellit. Quid est quod nascituro domino mundus describitur: nisi hoc quod apte monstratur quia ille ueniebat in carne. qui electos suos ascriberet in eternitate. Quo contra de reprobis per prophetam dicitur. Deleantur de libro uiuentium: et cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in bethleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipe namque est: qui ait. Ego sum panis uiuus: qui de celo descendi. Locus ergo in quo dominus nascitur: domus panis ante uocatus est: quia futurum profecto erat. ut ibi ille per materiam carnis appareret: qui electorum mentes interna sacrate reficeret. Qui non in parentium domo sed in uia nascitur: ut profecto ostenderet. quia per humanitatem quam assumpserat. quasi in alieno nascitur. Alienum iudicet non secundum potestatem dico: sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est. In propria uenit. In natura et enim sua ante tempora natus est: et in terra uenit ex tempore. Qui ergo eternus permanens temporalis apparuit: alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur. omnis caro fenum: factus homo fenum nostrum uertit in frumentum: qui de semet ipso ait. Nisi granum frumenti cadens

in terram mortuum fuerit: ipsum
solum manet. Unde natus in pre
sepio reclinatur: ut fideles omnes
sancta uidelicet animalia carnis
sue frumento reficeret: ne abint
ne intelligentie pabulo ieiuna
remanerent. Quid e autem qd u
gilantib; pastorib; anglis apparet.
eos q; di claritas circumfulget. n
qd illi pre ceteris uidere sublimia
merentur: qui fidelib; rggib; pre
esse sollicitate sciunt. Dum q; ipsi
pie sup gregem uigilant: diuina
sup eos gracia largius choruscet.
Regem uero natum angelus un
tiat: eius q; uoci angeloz chori co
amunt: et congaudentes clamant.
Gloria in excelsis deo: et in terra pax
hominib; bone uoluntatis. Prius
quippe quam redemptor p carnem
nasceretur: discordiam cu angelis
habuimus: a quoz claritate atq;
mundicia p prime culpe meritum.
p cotidiana delicta longe dista
bamus. Quia enim peccando ex
tranei eramus a do: extraneos nos
a suo consortio deputabant angli
ciues dei. S; quia nos cognouim
regem nostrum: recognouerunt
nos angli ciues suos. Quia enim
celi rex terram nostre carnis as
sumpsit: infirmitatem nostram
illa iam angelica celsitudo non
despicit. Ad pacem nrām angli
redeunt: intentionem prioris

40.
discordie postponunt: et quos
infirmos prius ab:ectos q; despe
xerant: iam socios uenerantur.
Nullo tempe: *Secundum lucā.*
Pastores loquebantur ad inice.
Transseamus usq; bethleem: ui
deamus hoc uibum quod fecm est.
quod fecit dominus et ostendit
nobis. Et rel. *Omel. ic. e. vener.*

*N*ato in bethleem *bede pbi* —
domino saluatore sicut sacra
euanglij testatur hystoria: pasto
rib; qui in regione eadem erant
uigilantes uigilias noctis sup
gregem suum. angelus cu mag
na luce apparuit: exortum q; mu
do solem iusticie. n solum uoce ce
lestis sermonis: uerum etiam cla
ritate diuine lucis astruxit. Nus
quam enim in tota ueteris testa
menti serie repperimus angelos
qui tam sedule apparere patrib;
cum luce apparuisse: s; hoc prui
legium recte hodierno tempore
seruatum est: quando exortum e
in tenebris lumen rectis corde mi
sericors et miserator dominus. Veru
ne parua unius angeli uideretur
auctoritas: post quam unius sac
mentum noue natiuitatis edo
cuit: statim multitudo celestium
agminum que gloriam do came
ret. pacem q; simul hominib; pre
dicaret affuit: aperte demonstras
qa p hanc natiuitatem homines

ad pacem unius fidei. spei. et dilec-
tionis atq; ad gl'am diuine lauda-
tionis eēt conuertendi. *In autē.* Significat
autem mystice pastores isti gregū:
doctores quoq; ac rectores fidelium
animarum. Nox cuius uigilias cu-
stodiebant sup gregem suum pe-
ricula temptationum indicat: a
quib; sese suos q; subiectos omnes
qui pfecte uigilant custodire non
desistunt. Et bene nato domino: pa-
stores super gregem uigilant. Iler
enim natus est: qui dicit Ego sum
pastor bonus. Bonus pastor: animā
suam dat p ouib; suis. S; et temp^o
imminebat: quo idem pastor sum-
me bonus. missis in mundum pa-
storib; lomis: oues suas que lon-
ge lateq; disperse errabant: ad se
per uirantia celestis uite pascua
reuocaret. Quoz summo pastori
precepit. Si diligis me: pascue oues
meas. Quod aperiens alibi ait.
Confirma fratres tuos. Et factum
est ut discesserunt angeli ab eis
in celum: pastores loquebantur ad
inuicem. Transeamus usq; bethle-
em et uideamus hoc uerbum qd fac-
tum est: quod fecit dominus et
ostendit nobis. Et uenerunt festi-
nantes: et inuenerunt mariam
et ioseph: et infantem positum in
presepio. Pastores quidem illi: fe-
lici gaudio festinarunt uidere qd
audierant. Et quia ardenti amo-

re quesierunt: continuo saluato-
rem quem quesierunt inuenire
meruerunt. S; et intellectualium
pastores gregum immo cuncti fide-
les qua mentis industria xpm que-
rere debeant: dictis pariter suis
ostenderunt et factis. Transeam^o
inquunt usq; bethleem: et uidea-
mus hoc uerbum quod factum ē.
Transeamus ergo et nos fratres
lēm cogitando usq; bethleem ciui-
tatem dauid. et recolamus amato
quod in ea uerbum caro factum est:
atq; eius incarnationem dignis ce-
lebremus honorib;. Transeamus
abiectis concupiscentiis carnalib;:
toto mentis desiderio usq; bethleem
supnam id est domum panis uiui
non manu factam s; eternam icel:
et recolamus amato. quia uerbum
quod caro factum ē illuc carne af-
cendit: ubi in dextera dī patris se-
det. Illo cum tota uirtutum istan-
tia sequamur: et sollicita cordis ac
corporis castigatione pcuramus: ut
q; illi in presepio uidere uagien-
tem: nos in solio patris meream^o
uidere regnantem. *In iudicium sancti*
et principio erat uerbum. S. iohem.
u^obum: et uerbum erat apud
deum: et dōs erat uerbum. Hoc e-
rat in principio apud deum. Om-
nia p ipsum facta sunt. et sine ip-
so factum est nichil. *O. te. eiusdē*
Quia tempalem uen. Be. ptri.

tu autē

in autē

mediatoris dei et hominum homi-
nis ihu xpi natuuitatem que hodi-
erna die facta est. sanctorum uer-
bis euangelistarum mathei uideli-
cer et luce manifestata cognouim^{us}.
liber etiā de uerbi id est diuinita-
tis eius eternitate. in qua patri ma-
net semp equalis. beati iohannis
euangeliste dicta scrutari. qui sin-
gularis priuilegio meruit castita-
tis ut ceteris altius diuinitatis ip-
sius caperet simul et patefaceret
archanum. Neq; enim frustra in ce-
na supra pectus domini ihu recu-
buisse phibetur. s; p hoc typice do-
cemur quia celestis haustum sapi-
entie ceteris excellentius de sanctis-
simo eiusdem pectoris fonte pota-
uerit. Vnde et merito in figura q̄-
tuor animalium. aquie uolanti
comparatur. Cunctis q; auib; aq̄-
la celsius uolare. cunctis q; ani-
mantib; clariu; solis radius infi-
gere consueuit obtutus. **E**t ceteri
euangeliste quasi in terraambu-
lante cum domino. qui temporale
eius generationem pariter et tempa-
lia facta sufficienter exponentes.
pauca de diuinitate dixerunt. hic
autem q̄si ad celum uolat cum
domino. qui p pauca de tempa-
lib; eius actib; edisserens. etiam
diuinitatis eius potentiam p quam
omnia facta sunt sublimius men-
te uolando et limpidius speculari

41.
do cognouit. ac nobis scriben cog-
noscentiam scribendo contradidit.
Ergo alii euangeliste xpm ex tem-
pore natum describunt. iohanes
eundem in principio fuisse testat
dicens. In principio erat uerbum.
Alii inter homines eum subito ap-
paruisse comemorant. ille ipsum
apud deum semp fuisse declarat
dicens. Et uerbum erat apud dm̄.
Alii eum uerum hominem. ille ue-
rum confirmauit ee deum dicens.
Et ds erat uerbum. Alii homine eū
apud homines temporaliter con-
uersatum. ille deum apud deum
in principio manentem ostendit
dicens. hoc erat in principio apd
deum. Alii magnalia que in homi-
ne gessit phibent. ille qd omnem
creaturam uisibilem et inuisibile
p ipsum ds pater fecerit docet dicens.
Omnia p ipm facta sunt. et sine ipso
factum est nichil. Et mire beatus
iohannes in initio euangelij sui
de diuinitate saluatoris et fidem
recte credentium sublimiter uer-
it. et hereticor; pficiam potent ex-
uperat. Fuere namq; heretici qui
dicerent. Si ergo natus est xpc. e-
rat tempus quando ille non erat.
Quos primo sermone redarguit.
cum ait. In principio erat uerbum.
Neq; uero ait in principio cepit
ee uerbum. ut uidelicet eum no
ex tempore ortum. s; in exortu te

porum existentem ac p hoc sine
ullo temporis initio. de patre na-
tum monstraret. iuxta quod ipse
loquitur in pibus. Dominus posse-
dit me i initio marum suar. ante
quam quicquam faceret a princi-
pio. ab etno ordinata sum. Item
fuerunt heretici. qui tres sancte-
trinitatis psonas esse negantes di-
cerent. Item deus quando uult pa-
ter est. quando uult filius e qnto
uult sps sanctus est. ipe tam ule.
Quoz destruens errorem. subiunx.
Et ubum erat apud deum. Si eni
alius apud alium erat. duo sunt
pfecto pater et filius. et n unus
ipe modo pater. modo filius. mo-
do etiam sps sanctus e. quasi mu-
tabilis sit diuine substantie na-
tura. cum aptissime iacobz dicat
apostolus. Apud quem no e trans-
mutatio. nec uicissitudinis ob-
uatio. Item fuere quidam prau-
dogmatis auctores. qui xpm ho-
minem tantum confitentes. deu
prorsus ee no crederent. Quos co-
sequenter oprimit. cum ait. Et
ds erat ubum. fuere alij qui dm
quidem illum s ex tempe incar-
nationis factum. n autem etnum
ante secula. natum a patre pu-
tarent. Unde quidam talium di-
xisse commemoratur. Non in uado
xpo facto deo. qm et ego si uolo
possum fieri scdm ipsum. Et hoz

nefandam refellit sententiam e-
uangelista cum ait. hoc erat i
principio apud deum. Idem hoc
ubum. quod deus est. non ex tem-
pore cepit. s in principio erat ds
apud deum. Item fuere ueritatis
inimici qui xpm et ante partum
uirginis fuisse iam n negarent. n
tamen natum ex patre s factum a
patre. et ideo minorem patre quia
creaturam crederent. Etiam hos dāp-
nat euangelicus sermo q dicit. Om-
nia p ipsum facta sunt. et sine ipso
factum e nichil. Si enim nichil cre-
aturarum sine ipso factum e. patet
pfecto. quia ipe creatura non est.
p quem omnis creatura facta est.
Et ne quis audiens factam p deū
creaturā mutabilem crederet eius
uoluntatem. quasi qui subito uel-
let facere creaturam. quam ab et-
no nunquam ante fecisset. mani-
feste docet euangelista. factam qe
in tempe creaturam. s in etna cre-
atoris sapientia. quando et qual-
crearetur semp fuisse dispositum.
Et hoc est quod ait. Quod factū est.
in ipso uita erat. Id est quod factum
est in tempe. siue uiuum. siue ui-
ta carens. apparuit. omne hoc in
spali factoris ratione quasi semp
uixerat et uiuit. non quia coeter-
num est creatori quod creauit. sed
quia coeterna est illi ratio uolun-
tatis sue. in qua ab etno habuit

Finit

et habet quid et quando crearetur:
 qualiter creata gubernet ut ma-
 neant ad quem finem singula q̄
 creavit p̄ducant. **Inicium sancti**
liber genera euanglii S. mathewi
sonis ihu xpi filij dauid filij
 abraham. Abraham genuit
 isaac. Isaac autem genuit ia-
 cob. Jacob autem genuit iudam et
 fratres eius. Judas autem genuit
 phares et zaram de thamar. Phares
 autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram.
